



Frontoniana

<https://hdl.handle.net/1874/255086>

F. 40102-

Lot 17 Dec 195

FRONTONIANA

SCRIPSIT

C. BRAKMAN J.f.

Diss.
Utrecht

1902

TRAJECTI AD RHENUM
TYPIS EXPRESSIT J. J. M. MOLIJN.

FRONTONIANA.

I.

АИАМОТИОНЧ

САДИЧАЛЫ МИКЕЛСТУ СИНДАР

200

САДИЧАЛЫ МИКЕЛСТУ СИНДАР

БАЛДИЧИОМ А. Ф. А. В.

САДИЧАЛЫ МИКЕЛСТУ СИНДАР

CORNELIUS BRAKMAN

САДИЧАЛЫ МИКЕЛСТУ СИНДАР

САДИЧАЛЫ МИКЕЛСТУ СИНДАР

САДИЧАЛЫ МИКЕЛСТУ СИНДАР

Stoomdr. v. O. Snock Ws,

Kr. N. Gracht 18, Utrecht,

gele
Diss. Utrecht. 1902

FRONTONIANA.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

W. L. P. A. MOLENGRAAFF,

JUR. DOCT. ET IN FAC. JUR. PROF.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET
PHILOSOPHIAE DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

CORNELIUS BRAKMAN

E PAGO GROEDE

DIE MERCURII XVII DECEMBRIS A. MDCCCCII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. J. M. MOLIJN.
MDCCCCII.



MATRI MEAE.

Non solum pro uestra praestanti institutione sed etiam pro uestra benevolentia, quae numquam mihi defuit, uobis, VAN HERWERDEN VAN DER WIJCK KRAEMER, uiri clarissimi, maximas gratias ago atque habeo. Vehementer doleo, quod mihi non datur uobis uiuis profiteri, quam plurima uobis debeam FRANCKEN WIJNNE VAN DER VLIET, magistri aestimatissimi. At licet mihi grato cum animo in numerum magistrorum referre uos quoque PETERSEN HUELSEN MAU DOERPFIELD, uiri illustrissimi, quibus aut in Italia aut in Graecia multum operae dabam.

Tu denique, VOLLGRAFF, uir clarissime et humanissime, tibi me maximo beneficio obligasti, quod uix munere Traiecti ad Rhenum inito promotor meus esse uoluisti.

PRAEFATIO.

Hic libellus continet lectiones, quas inveni in cod. Vaticano 5950 Frontoniano, a me descripto, cum Societas Philologica Ultraiectina me alumnū autumno anni millesimi nongentesimi ipsius in Italiam misisset, ut antiquitati darem operam. Addidi ea, quae postea, itinere facto in Graeciam Cretā Troiam Byzantium Siciliamque per brevissimum spatium Mediolani moratus, in nonnullis foliis Ambrosianis nova detexi (fuit autem fol. 351 ultimum, quod mihi licuit inspicere). Nec non inserui coniecturas, quas, sermone Frontoniano quam diligentissime observato simulque accurate habita ratione vitiorum, quae huius codicis propria sunt, ausus sum proponere.

In initio opusculi mei gratias quam maximas persoluere debo viris clarissimis reuerendissimisque Ehrle et Ceriani, quorum magna cum prudentia ille praeest Bibliothecae Vaticanae, hic Ambrosiana, quod singulari humanitate me acceperunt. Iam pro sua benevolentia permisit hic, ut, si di volunt, proxima aestate collationem perficerem.

Priusquam incipiam singulos locos recensere, pauca admonenda videntur de codicis statu hodierno. Sunt folia et Ambrosiana et Vaticana, quae antea erant redacta in formam **libri**, **in praesenti soluta**, **ita ut nunc ad plenam lucem uersari possint**, quod grato cum animo lector compensat cum obscuro colore palimpsesti, cuius litterae in dies magis magisque euanescent.

Praeterea sollerti consilio praefectus Bibl. Vat. singula folia curauit marginanda quadrato ex charta dura facto. Confitendum quidem est aliqua uerba glossarum, quae plurimae scriptae exstant in parte superiore aut inferiore paginarum, ubi naturaliter corruptio membranae minaciter

grassabatur, salutari remedio resecandi aut tegendi perdita esse. Sed non magni momenti est haec iactura, cum prae-
sertim adhibita materia perlucida non ita rara effectum sit, ut litterae per copercula legi possint. Grauius uero
est aliud damnum; nonnulla enim folia tenuia paruisue
foraminibus mutilata, oblita sunt glutine puro, cui admix-
tum erat elementum quod dicitur „formol”, quo facto natus
est splendor quidam, qui lectionem difficultorem reddit,
interdum plane impedit. Non opus est dicere diligentem
librorum manuscriptorum conseruatorem in conclamatissi-
mis solum partibus membranae, necessitate cogente, ad
hanc rationem agendi configuisse atque adeo mihi persuasi-
fieri non posse quin omnes admirationis pleni cognituri
sint praesentem habitum codicis Vaticani, nunc seruati ab
interitu haud dubio.

In recensione mea (nam etiam hoc mea interest lectorem
novisse) nolui repetere ea quae Guilelmus Studemund in
Epistula¹⁾ critica iam aº 1874 publici iuris fecit. Eius lec-
tiones magna ex parte probare et confirmare possum, de
admodum paucis locis adhuc dubito, est ubi praeclarus ille
uir ipse minus recte rem egisse uideatur. Omnino ausim
contendere non esse uiri unius omnes litteras tanti atque
talis libri manuscripti expiscari. Licet quis maxima acie
oculorum, maxima perseverantia, maximo ingenio sit praedi-
tus, tamen semper plus minusue pendet ex caeli serenitate.

Qui autem hiemis tempore inchoat palimpsesti lectio-
nem, ei non leues difficultates superandae sunt: id quod
ipse expertus sum. Omnes, ut opinor, Romae morati per
ultimum mensem superioris et primum mensem noui saeculi
meminerint aëris cotidie fere obscuri, neque unquam obli-
uiscentur maxime memorabilis spectaculi, quod offerebat
Forum Romanum, primum inundatum decembribus aquis
Tiberis, tum constratum niue ianuaria. Itaque ego saepe
ualde desiderabam solem, ut fugato caeli colore, prorsus

¹⁾ Emondatioes Frontoniana. Scripsit Rudolfus Klussmann. Inest epistula
critica Guilelmi Studemund ad Rudolfum Klussmann. Berolini 1874. Apud Calua-
ry eiusque socium.

imitante fuscum codicem meum, illustraret primas paginas obscuratissimas, obliteratas laesasque. Non sine multo labore tandem repperi principio Romae, postea Mediolani aliqua non animaduersa ab aliis, qui mihi in hoc campo praedecessores exstiterunt.

Comparatur Naberij editio Frontoniana cum cod. Ambros.
(usque ad fol. 351 = pag. Nab. 162) et cod. Vat. 5750.

Eorum palimpsestorum, quibus scripta aliunde non nota seruata sunt, apographa accuratissima conficienda sunt, ut quoad possit et liceat a librorum fide numquam discedatur.
Studemund Ep. Crit. pg. VII.

4 : 10 nisi hoc scio : illo nescio quo ad te profectum eum esse. In scriptura huius codicis *illo* non multum differt a *mo* ; suspicor autem *modo* fuisse in exemplari librarii, qui similitudine deceptus, litteris omittendis aut duplicandis persaepe erravit. Legendum igitur censeo :

nisi hoc scio : modo nescio quo ad te profectum eum esse

Non est cur offendaris uerborum collocatione in putidissimo scriptore, qui fortasse de industria substantium, *modo* interposuit duobus uerbis inter se contrariis *scio* et *nescio*, ut speciem perspicuitatis haberet.

Equidem contra Niebuhrium traditam lectionem tueor
42 : 12 sed ea quae in causa sunt ; autem sunt atrocissima etc.

Nam talia noster adamat cf 91 : 7 *minus tamen nihilo.*

114 : 27 quidem recipi iubet (Novák¹⁾ h. l. *delet quidem).*

74 : 10 nec ego dum tu(m) theatris, necdum conuiuiis abstinebam.

78 : 17 Uel fumum, inquit, patriae Graius poeta.

Neque temere aliquid a librario immutatum esse puto
locis Frontonianis 25 : 15, 42 : 25, 184 : 9, 192 : 6, 219 : 20

¹⁾ Wiener Studien 19er Jahrgang 1897 pg. 242—257.

95:12 ubi aut Orellius aut Naberus aut Maius aut Novák suadet, ut aliquid transponatur.

6:3 **hīc ēst alter quiq. PRO
PĒ exactus ēst**

Ita in cod. mihi videor legisse, id est:
dies hic est alter: quique prope exactus est.

6:5 ... SCRIBSISTIMI hī PRO
C..... q̄. ID Gaudē&

Fieri potest ut librarius postremas litteras horum duorum uersuum inter se permutauerit, ita ut dederit *pro* et *gaudeae* ubi debebat *prae* et *gaudeo*. Quodsi probabile est, audeo conicere *Quid enim ego possum iucundius, quid blāndius, quam tu scribsisti, mihi praeacari ? Atque id gaudeo etc.*

6:15 , FUNCITURET
CRATIS'UE...uelissa
TIS

Ex his vestigiis efficio: *Ne cotidianis quidem istis officiis circa te praeter ceteros fungitur et gratis, uerum uel iis satis infrequens.*

Illud *uerum* iam uidit Studemund.

8:7 *rationi nec simulacrum nec aram usquam consecratam*
Valde miror rhetorem aedem¹⁾ Mentis in Capitolio uotam ab Otacilio praetore a^o 217 a. C. n. et dedicatam anno post, aut ignorare aut silentio praeterire. Nummi Paestani praebent figuram Bonae Mentis, cuius cultum satis diffusum fuisse per Italiā inscriptiones declarant cf. C. I. L. X 472, 1550, 4636, 6512 etc.

8:25 EP̄ISTULAE ALUECO
ualeo
??

¹⁾ Liv. XXII: 9:10; XXII: 10:10; XXIII: 31:9 Ovid. Fast. VI: 241.

Cic de nat. deor II: 61 et Plut. de fort. Rom. V: 10 M. Aemilium Scaurum, qui consul aedem restaurauit, auctorem faciunt.

Ita in codice legitur; ergo Studemund fallitur affirmans **REUERA** legi in fine uerus. Seruanda igitur est lectio Naber. Illud *ualeo* a correctore suprascriptum est litteris **alue**: nempe repetuntur inuerso ordine ultimae litterae praecedentis uocabuli.

9:10 ΕΠΙΧΕΙΡΗΜΑΤΑ ΚΑΛΑ

Ita Naber. — In cod. autem mihi uideor in fine uocabuli dispexisse. **ΙΛΑ**; praeterea spatum uacuum optime capere potest **ΠΟΙΚ**, praesertim cum forte hic arte scriptum sit. Quare facio cum Maio edente

ΕΠΙΧΕΙΡΗΜΑΤΑ ΠΟΙΚΙΛΑ cf. 243:25 **ΠΟΙΚΙΛΩΝ**

10:4 Propter Studemund moneo priorem manum dedisse **ΘΥΗΛΛΑ**
secundam **ΘΥΕΛΛΑ**

10:18 Nova codicis pagina (97) incipit non a **ΚΑΙ** sed ab *ἀποθρόνοντα*.

12:7 **praeuaricari** scriptum fuit etiam in margine, hodie quoque satis clare legi potest: **prae**.

12:10 **ΔΔΥCIIAN** scripsit librarius.

13:17 Marcus meus etc. Ita legitur in marg.

14:5 **intraueras** (pr. m.) **intraueris** (sec. m.)

14:6 ΝΙΣ.Ν...ΙΤΑΜ'ΝΟΥΙΤΑΤΕ

Pro certo nihil affirmare audeo de initio adiectui, quod pertinet ad *nouitatem*, tamen in promptu est conicere Frontonem dedisse: *inventionis inauditam nouitatem*.

14:7. OPESLAUD..

An scripsit noster: *supra omnes opes laudans?*

cf 60:19 *beatissimum supra omnis homines.*

61:15 *supra omnis res dulcissime.*

14:9 Pro *quidni* lege, quaeso, cum cod. *quaere*.

In margine dextro cod. pg. 86 alia lectio indicatur, petita ex alio exemplari, verum doleo me nihil plus indagare potuisse quam **ī ā co**

fru

Pertinet autem ad partem laterculi quae interiit.

15:21 *meidi* exhibit cod. pro *medii*.

18:3 *tum quod ita amantem (te) mei sensi.*

Inserui te, quod quam facile excidere potuerit nemo non uidet.

19:7 **I S N O B I L I S I I S —
T I S S I M O**

Proposita descriptione puto unumquemque mecum illud *iis* pro dittographia habere. Ubi nunc fissura est, fuerunt quondam litterae *a doc.*

19:11 poste (pr. m.) poetae (sec. m.)

20: manus exhibet cod.

20:14 uolpem appelle? in xe
te? bestiae... rem? et
praetium adderentur

Imagine sub oculos proposita dicam quid sentiam. Videtur librarius transcribere uoluisse: *pinxit*, in extremis autem solito errore litteras dupliauisset. Tum puto *postremae*, cui vestigia respondent, excepisse uocabulum **B E S T I A E**. Itaque lego:

Ut si simiam aut uolpem Appelles pinxit, bestiae postremae praetium adderet.

Pinxit dictum est pro *pinxit* ut *surrexe* (Hor. Sat I: 9: 73) pro *surrexisse*; *traxe* (Verg. Aen V: 786) pro *traxisse*. Cf. *dixem* pro *dixissem* Lindsay Latin Language § 13, et Schol. Bobiens. (Orelli) 296: 14 *dixet*.

Cum: *bestiae postremae* conferri potest infra 119:16 *in postremis habeto*.

Apul. Apol. cap. 98 (v. d., Vliet 20: 4) *cum adolescentulis postremissumis*. Non praetereundus est Sallustius, cuius Fronto frequens sectator est; invenimus enim in or. L. Marci Philippi § 3:

Omnium flagitosorum postremus et in Epist. Mithr. § 12 postremus seruorum Archelaus.

21:15 igitur (pr. m., non addidit sec. m.)

21:16 at qua dices (sec. m.)

22:4 *inpudenti* in ordine scriptum est.

(Ibid.) *Vestem quoque lanarum (malo) mollitia delicatam esse* etc. Maius et Naberus dicunt quidem uocabulum *malo* excidisse, sed non indicant ubi inserendum sit.

22:15 *Certum habeo te, Domine, aliquantum temporis etiam prosae orationi inscribendae inpendere (debere).*

Ita scribo. Docet enim et argumentum epistulae et simile equorum Frontonem discipulo ostendere uelle hic orationi pedestri det operam quam sit necesse. Cf. 42:25 *seruire me causae debere, 144:13 habere debere.*

25:23. Obiter dico, quia Du Rieu neglexit annotare, cod. Vat. pg. 159 incipere ab: dum fiducia aliqua etc. Grauius est quod idem omisit cum lectore-communicare in marg. legi hoc scholion:

quare quia ad amandum aliqua fiducia opus est (Nullum signum distinctionis in marg obuium est.)

26:14 agustas est in cod.

26:21 **NΕΙΚΑ**

26:22 paratus (pr. m.) superatus (sec. m.)

27:1 ambis pro amabis legitur in cod.

27:20 **LΑΤУRUS ESSЕSTANTА EUOLUPTA TEADFЕCITUT**

Si omnia uideri possent in hac pagina, detegeretur lineola in parte superiore ultimi uocabuli prioris versus **TΑNTΑ** = tantam). Itaque si diuisim posita verba oculis subiciam: *tanta me voluptate adfecit, ut etc.* recuperatum e codice habemus illud *me*, quod Klussmann¹⁾ de coniectura inseruit.

Simili scriptura codex exhibit (74:14) *audientem edetrectaret pro: audiente me detrectaret.*

27:23 recitare (pr. m.) recitarem (sec. m). 27:24 quo (pr. m.) cum (sec. m).

28:11 **ΓΕΙΝΕΤΑΙ** (pr. m.) **ΓΙΝΕΤΑΙ** (sec. m.)

28:13 aut addidit sec. m.

28:25 quom (pr. m.) cum (sec. m.).

30:15 Fugit alios omnes in marg. sinistro ad lineam XVam prioris laterculi adscriptum ese **τά otium.**

Id est: corrector in alio cod. invenit *otium* pro *odium*.

30:34 Etiam in annotatione 11 editor debebat indicare in cod. pg. 109 inventi inscriptionem **ΕPIST·ΑD·M.**
(ut recte fecit pg. 32 in annotatione 5).

¹⁾ Emendat. Fronton, pg. 30.

31 : 18 **EXIMAN**
EMERIDI

Habes ante oculos quod prior manus per contignationem litterarum **N** et **T** dedit, corrector autem transposuit **E**.

31 : 25 Corrigas et suppleas annotationem editoris sub *d* ad hunc modum :

Gallicinium frigidulum

Conticinium adq. matuti
num.

32 : 21 Kalendas est in margine.

33 : 19 Nemo quod sciam rettulit de adscriptione marginali ad uersum 19 : **C A** subcen

. . . . res

Uidetur ergo corrector in alio cod. repperisse :

subcentatores

36 : 22 magistro meo. Haec inscriptio valde perspicue legi potest.

38 : 16 **MAGISTRO RmEO**: Sine iure igitur Naberus illud **R**escrip-tum pro additamento Mai uenditat neque Studemund I. l. pg. X dicit aliquid perhibens nullum omnino locum in libro exstare ad capessendum : **R**escriptum. Nusquam enim plene scriptum inuenitur **R**escriptum sed semper abbreviatur **R** aut ~~R~~, uno tantum loco exstat (36 ; 13) **R E** ut uidetur.

38 : *Ignis proximos alluit et longinquis lucet.*

Haec est uera et notabilis lectio in margine a me inuenta.

40 : 14 atpropinquat (pr. m.) ad propinquat (sec. m.)

40 : 18 inconstantius praebet cod.

40 : 22 silentiun (pr. m.) silentium (sec. m.)

41 : 10 uestrumque est in cod.

41 : 11 eritis (pr. m.) meritis (sec. m.).

41 : 13 maxima (pr. m.) maximam (sec. m.)

41 : 15 **CERTE MINUSSAPIENTER**

Naberus uocat illud uocabulum suprascriptum : glossam interlinearem. Quia uera omnes glossae exstant scriptae aut in margine aut inter laterculos, non agitur de scholio sed de correctione et hic et 46 : 9, ubi totum uersum inter

duas lineas additum esse recte monet editor, neque deficiunt alii loci. Quid autem suprascriptum est? Initium dicit ad: **Nihilo**, cui cetera uestigia congruunt. Ergo legendum est:

Ego certe nihilominus sapienter etc.

41 : 18 Ab inscriptione epistulae tertiae incipit cod. pg. 124, quod Du Rieu neglexit annotare.

42 : 4 *detrimenti* in libro clare perspicitur. Klussmann l. l. 34 ueram lectionem conjectura assecutus est.

42 : 11 e a q. (= eaque) habet cod.

42 : 24 edicturum (pr. m.) me dicturum (sec. m.)

42 : 24 Naberis edidit: *Quodsi tibi uidebitur seruire me causae debere, iam nunc admoneo ne me inmoderate usurum quidem causae occasione.*

Quamquam Herodes atrocium delictorum reus est, tamen Fronto discipulo morem gerens promittit se ab interneciis conuiciis temperaturum: pro carnifice saeuo impio auaro inimicum appellaturum graeculum et indoctum. Sane qui eiusmodi euphemismis uti uult, ei pollicendum est se ne moderate quidem causae occasionem arrepturum. Itaque mihi persuasi legendum esse: *iam nunc admoneo ne me moderate usurum quidem causae occasione.*

Ex **M** facile quasi per ditto graphiam **I N M** potest ortum esse, eo magis quod *inmoderate* est primum uocabulum uersus.

43 : 1 soliatis (pr. m.) spoliatis (sec. m.)

43 : 3 interneциum (pr. m.) interneциum (sec. m.)

43 : 12 uidetur bis scripsit prior manus.

43 : 15 abeo (pr. m.) habeo (sec. m.)

44 : 25 et 45 : 1

, ualetu
δΙΝΙΣΤΥΦΑCΙΣΤΑΜΜΕ
RECREAU' ET LIBENTERET

Illud *u post sit* suggerit lectionem: *et quod commodum*

ualetudini sit tu facis etc.; tamen fieri potest, ut sit mera repetitio duarum praecedentium litterarum.

Praeterea uides, ut in libro scriptum sit *recreati*, ex quo uno tantum ductu addendo fortasse uera lectio deriuari potest, nempe *tum me recreauit* (= tum ego saluus sum.).

45:3 *non nihil egi*. Ita edendum est cum codice et Hauptio, annuente Klussmanno. ¹⁾.

45:7 **BITATUR' ENΘ... NAEI
KON' AΠΟΙΟΥΜΕΝ'**

Ad senttentiam sufficit ἐνθέρδ' εἰκόνα ποιοῦμεν.

Negari autem non potest ita spatium uacuum non expleri, sed in graecis huius libri plus arti diuinandi tribuas licet. Quam facile librarius potuit peccare in transcribendo :

ENΘΕΝΔΕ.

45:14 sin uero (pr. m.) siue uero (sec. m.)

45:15 se (pr. m.) seu (sec. m.)

45:24 ac exhibet cod.

46:2. **PARTICIPEMTUTA
TURICI ^{lūr} hacimacinem
ÚTIMODIS**

Quam potui diligentissime codicem exscripsi; apparent igitur olim quattuor quinqueue litteras fuisse post *tutatur*. Equidem puto librarium uocabulum *igitur* post *tur*, praecedentem syllabam, corrupisse, tum correctorem erasis ultimis litteris superscripsisse *tur*. Utcunque se ea res habet, uestigia codicis secutus legere propono :

Igitur hac imagine multimodis etc.

Animaduertendum est quemadmodum secunda manus transponenda littera *m* priorem correxerit.

46:22 *ιαφορα* (pr. m.) *διαφορα* (sec. m.) (Ibid.) *τεπομενα* (pr. m.) *τα*
επομενα (sec. m.)

¹⁾ Curae Africanae. Scripsit R. Klussmann Gerae 1883.

46 : 23 *orouata* *evoqo* (pr. m.) sed secunda manus 5 litteras postremas expunxit.

47 : 1 *detractare* ubi est in cod.

adeit (pr. m.) *aderit* (sec. m.)

47 : 2 *τιμθεθηζον* (*t* pro. *α* cod.)

47 : 7 *domine* est in cod.

47 : 10 *have* legitur in cod.

47 : 20 *Pergami* (pr. m.) *Pergamei* (sec. m.)

47 : 20 *a Aesculapio* (pr. m.) *Aesculapio* (sec. m.)

47 : 24 *inspectus* (pr. m.) *in pectus* (sec. m.)

47 : 2 *locum* (pr. m.) *lucum* (sec. m.)

48 : 10 *q.* (= que) pro *quae*.

49 : 8 **ALTERAUEROTUERESTU
διυμμευμlaudent
τεbauis'adjurotamēn**

Non est, mea quidem sententia, in cod. *Baius* sed *bauis* (solet enim *i paulum* infra lineam scribi); quod coniunctum cum *le* (pro *te*) efficit *lebauis* (= levabis). Notum autem est *b* et *u* inter se permutari e. g. 90 : 4 *relebes* pro *releues*.

Praeterea non solum Orellium sequens substituo *tuebare* pro *tuere*, sed pro illo *lebauis* scribo *lebauas* (= leuabas), persaepe enim librarius lapsus est in vocabulorum terminacionibus (cf. 54 : 7 *scribas* in cod. pro *scribis*), denique *laudent*, quod nemo defendit, corruptum puto ex: *laude* et

Opus est haec omnia in uno conspectu ponи:

altera uero tuebare studium meum laude et lebauas.

Diu multumque cogitanti de hoc loco in mentem mihi uenit etiam:

altera uero tu uere studium meum laude lebauas, quod tamen minus placet, quia post duo uerba: *increpas*, et *arguebas* Fronto concinnitati seruiens potius dederit: *tuebare* et *lebauas*.

49 : 10 Lege cum cod. *meque saepius exclamasse* etc.

50 : 8 *effusae* (pr. m.) *effuse* (sec. m.)

50 : 17 *orouatonotias* est in cod.

50 : 9 *cum clam tot negotiis . . . destringerere.*

Litteras c, l, t, i saepissime et in hoc libro et ubique inter se confundi nemo nescit. Etiam hic puto *clam* falso-scriptum pro *iam*, quod sententia efflagitare uidetur. Leges paulo infra in eadem pagina (50:26) *cum iam pater tuus etc.*

51:6 accipere (pr. m.) acciperem (sec. m.)

51:14 ex frigore exhibit cod.

51:14 ne quid ibi ex frigore impliciscar(e).

Minus longe a tradita lectione recedo, simul accuratius ratione habita auctoris nostri proprietatis, si pro: *impliciscaris*, quod Iacobsio debetur, substituo: *impliciscare*.

Corrector eodem modo emendauit 74:9, ubi exstat: *progrederer* (pr. m.) *progrederere* (sec. m.)

52:6 offensine (pr. m.) offensione (sec. m.)

52:10 denuntiaui.

52:23 Incipit cod. Vat. pg. 185 inde ab: appellant.

53:5 quantum (pr. m.) quantum (sec. m.)

53:7 adfobili (pr. m.) affabili (sec. m.)

53:23 Debeat editor ea, quae pg. 53 vs. 23 sub b. in uno conspectu posuit tripartito typis exscribenda curare, nam exstant in margine tria scholia, quorum in secundo legitur genus humanum pro genus hominum, quod est in textu.

53:21 aestumare (pr. m.) aestumarem (sec. m.)

54:7 *qualēm·Yπο*

ΘΕC·INSCRIBAS

Ita codex. Notatu autem dignum est uocabula graeca plerumque signis distinctionis separari a latinis.

54:10 επιδικτιζον. 54:13 επιδικτιζω. 54:15 χαρακτερι. Repetuntur in marg. superiore huius folii (148) vocabula ταχνον μεσον αδρον qua de rectacet editor.

55:5 ελπι τξεναιενθυμει Ita cod. exhibit.

55:7 Non est legitima Klussmanni¹⁾ dubitatio de uocabulo: *battunt*, quod clare in cod. scriptum est, neque idem uidetur locum ab omni parte expedituisse. Quare dico Frontonem sophos clamare, quia Marcus discipulus de Persis,

¹⁾ Emend. Fronton. pg. 20.

apud quos plagi illi Orbilii, quorum ferulis pueri manus subducere solebant, magno in honore erant, ut eorum insti tuendi rationem designaret, uocabulo antiquitatem olente (sc. battunt) usus erat. Sufficit ad haec adstruenda lectorem relegare ad Xenoph. Cyr. discipl. I: 3: 16, ubi Cyrus admodum puer matri ἐνι μιᾶ, inquit ποτε δίκη πληγὰς ἔλαβορ ὡς οὐκ ὀρθῶς δικάσας.

Nihil contra huc facit Cyr. discipl. I: 2: 4, quem locum Klussmann¹⁾ citat, perperam uertens γυμνητικὰ ὅπλα per rudes; euidenter enim declarat Cyr. discipl. I: 2: 9 leuem quam dicunt armaturam significari.

Evidem acquiescere non possum lectione: *ais*. Consecutio temporum flagitat *aisti*, (cf. 65: 20 quom commemorares... scripsisti, 98: 4 cum commemorares..., figurasti), quam formam agnoscent Augustinus in Epistulis et Probus.

Restat ut dicam, quomodo edendum uideatur: *Quom Persarum disciplinam memorares, bene „battunt“ aisti.*

55:10 benignissimae (pr. m.) benignissime (sec. m.)

55:22 proximae (pr. m.) proxime (sec. m.)

55:22 laudando me fidem

bas uituperando fidem lau. . . .

sisti.

Haec distinguuntur in margine, quae sic supplenda uidentur: *laudando me fidem non habebas uituperando fidem laudi quae sisti.*

56:5 no (pr. m.) non (sec. m.)

56:18 μυστηριούς εριτ' *quom*
ἀφτυδισιουσαντις· *be*
nestabis

Quomodo correctum sit, ex hac imagine uideri potest. Librarius post *erit* nouam sententiam inchoare uoluit, ut appareat ex *quo*, scripto extra lineam. Errore autem animaduerso idem addidit in praecedente uersu *quom*, sua manu, ut opinor, delens: *quo*. Facile ergo docet codex

¹⁾ Emend. Fronton. pg. 2).

legendum esse: *quom tu dis iuuantibus bene stabis* etc.

56:19 *b e* (pr. m.) *bene* (sec. m.)

56:27 *senatu iu iudicatum est* (pr. m.) *senatu iudicatum* (sec. m.)

57:7 *αξοειθες*.

57 Annot. 6. Cogor obloqui Nabero u.c. perhibenti in calce huius paginae hodie praeter quaedam uestigia omnia euanuisse. Firmissime contra asseuero totam fere subscriptionem sine ullo negotio legi posse.

58:1 *quato opere*, 58:6 *dissipem* Ita cod. habet.

53:11 *entium* (pr. m.) *dentium* (sec. m.) 58:23 *cuom* est in cod.

59:26 *Re uera* in marg. legitur: *ne amici tui sibi inuicem* etc
60:1 In libro manuscripto deest inscriptio epistulae.

60:8 *maximae*.

60:22 *maximae* (pr. m.) *maxime* (sec. m.)

60:22 *dulcissimae* (pr. m.) *dulcissime* (sec. m.)

60:25 *adsuscenseo* (pr. m.) *adque suscenseo* (sec. m.)

60:27 *sumsum* (pr. m.) *summum* (sec. m.)

60:27 *columen* est in cod.

61:2 *ho ago* pr. m.) *hoc ago* (sec. m.)

61:15 *carissimae* (pr. m.) *carissmie* (sec. m.)

61:15 *tres* (pr. m.) *res* (sec. m.)

61:16 *dulcissimae* (pr. m.) *dulcissime* (sec. m.)

61:28 Scholia, quae editor noster postremum et primum assert, sec. (pg. 61 et 62) sic coniungenda sunt:

minus audet qui se scit artis expertem quia diffiden
tia audaciam prohibet.

62:18 *maximae* Plautus (pr. m.) *maxime* Plautus (sec. m.)

62:19 *studiosae mulatus* (pr. m.) *studiose aemulatus* (sec. m.)

62:18 Scribendum est cum Studemund *multo maxime*
Q. Ennius.

Nam Fronto dicit: *multo multoque magis* (214:15) etiam
longe longeque praeferas (143 : 20) sed ut alii omnes:
multo maxime e. g. 229:6 *Uenerem vero et Liberum multo*
maxime pernoctantibus fauere.

Oportebat autem librarium pro *q.* dare *q.* ut supra
L. dedit pro: *Lucius* et *G.* pro *Gaius*.

62:24 *lasciuifis* integrum est in cod.

63:1 *genare* (pr. m.) *genera* (sec. m.)

63 : 19 si addidit manus secunda.

63 : 20 et 21. Codex non exhibet id quod Naber dicit, sed
ut non ita significando etc.

Itaque legendum est; *aut nullum aut non ita significando accommodatum verbum* etc.

63 : 22 magnopere (pr. m.) magno opere (sec. m.) (Ibid.) i.e. (pr. m.) ei (sec. m.)

63 : 26 ut (pr. m.) aut (sec. m.)

64 : 1 ut (pr. m.) uti (sec. m.)

64 : 7 immutata (cf 65 : 16 inmutato)

64 Etiam in hac pagina duo scholia ḥq' ēr coniungenda sunt:

de verborum proprietatib. mul
 tum differt unius sul (labae dis)
 crimen.

65 : 5 rogare est in cod.

65 : 13 uisus etiam es praebet cod.

65 : 14 ueri tuum mutassem (pr. m.) verbi tui immutassem (sec. m.)

65 : 20 cum (pr. m.) cur (sec. m.)

66 : 4 sentia est in cod. pro sententia.

66 : 4 audacem est in cod.

66 : 6 magnopere (pr. m.) magno opere (sec. m.)

66 : 7 quum verbum q, rere (= querere) legitur in cod.

66 : 10 post aestus (pr. m.) potest aestus (sec. m.)

66 : 14

**quod uer
 bus superne uult sus
 tineri**

Quamquam illud *uult* ualde pallidum factum est, non arbitror me falli. Legendum igitur est: *quod uerbum superne uult sustineri*. Novák¹⁾ proxime ad ueritatem accessit legens: *Superne [quit] sustineri, non per laxamenta deduci significat.*

66 : 29 quod uult eloqui legitur in marg.

67 : 12 stultae (pr. m.) stulte (sec. m.). (Ibid) cer (pr. m.) per (sec. m.)

¹⁾ Wiener Studien 1897 pg. 243.

67:13 desideres legitur in cod.

67:21 placatae quae et 67:22 amicissimae sunt in cod.

67:25 sumas (pr. m.) spumas (sec. m.)

67:28 c———s passas uvas quam
pub———s manducare

Litteras cum membrana perditas ex textu quisque supplere potest, ita ut recu-
peret duo uocabula lacerata commodius et puberes.

67:29 Tertium quoque scholium male hábitum est in Naberi editione; inueni
enim in codice fidemque praesto

cum uides in dolio fenuere mustum
ita in pectore meo scias tuum desideriu-
scatere abundare et spumas agere.

68:1 haue mihi magistercra īā carissime uiissime

Inscriptio cum uaria lectione afferenda est mihi, ut Maium
non semel iniuria a Nabero accusatum defendam. Haec
omnia sunt facillime lectu.

68:9 postpridie (pr. m.) post meridiem (sec. m.)

68:12 legit (pr. m.) legi (sec. m.). (Ibid.) pulchrae (pr. m.) dul-
chae (sec. m.)

68:21 uindemitoris (pr. m.) uindemiatoris (sec. m.)

69:11 citonis (pr. m.) catonis (sec. m.)

19:20 iuuilauiimus et aliquot, ut ait auctor, reliquimus
altipendulos uindemiae superstites.

Quem Marcus auctorem dicat equidem ignoro, videtur
autem ille auctor ipse imitatus esse Sapphus suauissimos
uersus (fr. 93)

*Oīor τὸ γλυκίμαλον ἐρείθεται ἀκρῷ ἐπ' ὑσδῳ,
ἀκρῷ ἐπ' ἀκροτάτῳ, λελάθορτο δὲ μαλοδρόπης,
οὐ μὰρ ἐκλελάθοτ' ἀλλ' οὐκ ἐδύνατ' ἐπίκεσθαι*

70:1 adq. id (= adque id) praebet cod.

70:6. *Dum ea fabulamur atque altercamur uter alter(utr)um
uestrum magis amaret etc. Ita lego.*

Noñ minus hic necessarium est: *alterutrum* quam 76:8,
ubi rursus Marcus Frontonem alloquitur his verbis: *Scribam
autem alterutram partem* etc.

Idem uitium deprehendere mihi uisus sum 143 : 16. Tamen si necessario sit altera res eligenda, Achillei potius pernicitatem eligam quam debilitatem Philoctetae.

Nullus dubito quin hic quoque scribendum sit : *alterutra*.

Simile mendum sustulit v. d. Vliet u. c. in sua editione Apul. Florid. cap. XV (pag. 164 : 8) *utrimuis (utrouis) clementer nauigantem dies alter in portu sistit*.

Ad locum quem tractamus faciunt ex Epist. ad Att. 8 : 12 A § 3 verba Pompei : *D. Laelio mandaram.... ut si uobis uideretur, alteruter uestrum ad me ueniret*.

70 : 2 Ad lineam Xam prioris laterculi fol. 189 iuxta uocabulum *matercula* exstat in margine sinistro adscriptum : τ α *matercella*.

70 : 7 *repuit* (pr. m.) *crepuit* (sec. m.)

71 : 2 *ευηγελισατο* est in cod.

71 : 5 *ενβλεψη*

71 : 5 *ευρισδης*.

71 : 9 *uicuus* est in cod.

71 : 9 *αυτεωιλλυδαπει?*
γανοιλιθcapthriac

Incertissimum est extremum illius uocabuli, quod praecedit uocabulum *της*. Ad sensum optime quadraret *ἀπεπαντον* (scil. *ἐστιν*) atque ita plurima vestigia quoque satis responderent.

Quod alter uersus incipit *αΓ*, notum est *Γ* et *Π* saepissime confundi inter se (cf. Vollgraff Studia palaeogr. pg. 42).

Hodie in compluribus linguis *maturandi* uerbum usurpatur de uulneribus et ulceribus neque ueteres hanc meta phoram ignorabant cf Plin. N. H. XXIII : 1 : 16 (Detlefsen IV pg. 7) *suppurationes ueteres maturat* (sc. radix uitis albae) Figurate dictum est Anthol. Pal. 12 : 80 (Mel. 55.)

Ti σοι τὸ πεπανθ. "Ερωτος τραῦμα διὰ σπλάγχνων κίτις ἀναφλέγεται;

71 : 10 *et nequid opere nostro claudat aduigilamus.*

Klussmann Emend. Front. pg. 46 legere uult : *opera*

nostra, quod probare non possum. Fieri enim potest, ut iam temporibus Antoninorum nonnumquam *opus* dictum sit pro *opera*, a quo initio forsitan hic usus aetate Sidonii¹⁾ Apollinaris et Claudiani Mamerti²⁾ latius patuerit. Exemplis a Mohrio prolatis addere possum unum sumptum ex Schol. Bobiens. ad orationem pro Milone, ubi legitur (cf Orell. Cic. Op. vol V Pars 1 pg. 276:12) . . . (Cicero) *orationem postea legitimō opere et maiore cura . . . conscripsit.*

71:11 tolerabili or addiuturna (pr. m.) tolerabili ora diuturna (sec. m.)

71:26 queris.

72:13 In inscriptione epist. XIIImae litterae **C&E S** bis scriptae sunt.

72:19 **E STO PAUOR** Ita legitur in cod.

73: 4 at tuae (pr. m.) ad tuae (sec. m.)

73: 7 ut (pr. m.) tu (sec. m.)

73:11 ate (pr. m.) apte (sec. m.) Ibid. conprehendendas.

73:17 traslatio (pr. m.) translatio (sec. m.)

73:17 elleuatio.

73:19 meliusculae.

73:24 quanto pere (pr. m.) quanto opere (sec. m.)

73:26 haec re (pr. m.) haec (sec. m.)

73:26 indicabo si qua. Ita exhibet cod. per ditto graphiam, nam uer sus subsequens incipit a: si quando etc.

73:34 diminuitur legitur in marg.

74: 2 qui namplectar ita diuisim scriptum est in cod.

74:9 progrederer (pr. m.) progrederere (sec. m.)

74:10. **NECECODUMTU** **theATRISNEC etc.**

Illud *tu* in fine prioris versus scriptum puto pro **TU-**
(*tum*), id quod iam Naberus desiderabat.

74:12 *Tum igitur ego te durum . . . appellabam.*
Inserui *ego* cum codice.

¹⁾ C. Sallust Apollinaris Sidonius ed. Mohr Praef. XXVIII.

²⁾ Engelbregt Beitr. zur Krit u Erkl. d. Briefe d. Ap. Sid. p. 3.

- 74:14 *equo animo.*
 74:24 *osculi* (pr. m.) *osculi* (sec. m.)
 74:25 *friuolis.* (*Ibid.*) *serum* (pr. m.) *serium* (sec. m.)
 74:26 *com*(pr. m.) *cum* (sec. m.). (*Ibid.*) *quantopere* (pr. m.) *quanto
opere* (sec. m.)
 75: 8 *plantasquae* (pr. m.) *plantasque* (sec. m.)
 76: 8 *lectis prius oratiunculis tullianis* (sec. m.)
 76:28 In margine (cf. sub a) scripsit corrector: *Atheniensum*
 77: 2 *possum* (pr. m.) *possit* (sec. m.)
 77: 3 *caletae.*

77:21 *prodormiui* scripsit prior manus et hic et 82:16; utroque loco
vestigia haud dubia supersunt.

78:21 *et quo breuius iter sit tibi recenti (a) morbo . . .*
 Qui modo ex morbo conualuit, is est recens *a* morbo;
 non inepte Marcus, qui paulo ante graecis litteris dederat
 operam, a Frontone dicitur (pg. 24 vs. 24) *a* graecis litteris
 recentior esse.

Nullus igitur dubito, quin h. l. discipulus quoque scripserit
recenti (a) morbo.

Valde similis est locus Vergilianus

recens a uolnere Dido

errabat silva in magna.

cf. Aen. VI : 450, ubi videantur exempla a Forbigero con-
gesta. Operae pretium est comparare Sid. Apoll. Carm.
XXIII: 204

*Iam primo tenero calentem ab ortu
excepere sinu nouem sorores.*

78:22 *difflunt afflunt* initio scripsit in marg. corrector, mox emendauit.

80:32 *in calcē pag.* (sub. 6) initium cod. Vat. p. 87 falso indicatum est. Re
uera incipit cod. Vat. p. 87 inde a uerbis: *domino meo* (ed. Nab. pg. 81:1)

81:13 *lamui* (pr. m.) *laui* (sec. m.); facile distinguitur.

82:16—19. In superiore paginae parte codex continet
 hanc glossam (quae fugit et Maium et Du Rieu):

*consul posita praetexta manica sumpta leonem
percussit in albano sub domitiano factum.*

Sermo est de M' Acilio Glabrio, qui cum Traiano a⁶ 91^o

consul fuit quique in consulatu cum leone depugnauit. Anno ante occisum Domitianum mortem saeuam perpessum propter fidem Christianam, ut putat¹⁾ De Rossi, sub Nerua imperatore sepeliuit in villa rustica prope Romam familia Aciliorum amplissimo pulcherrimoque sepulchro exstructo. Ex illo monumento ortae sunt,¹⁾ De Rossi iterum auctore, catacumbae quas uocant *Sætae* Priscillæ.

82:19 *αὐχησον*. 82:20 *δόμινα* (pro *dominam*).

82:24 *αποθεστις*.

quod plā

82:25 *NE Baluceis qualēm pē*

Vix necessarium est repeti quotiens librarium in errorem duxerint litterae syllabae similes. Ex hoc uberrimo mendorum fonte manauit fortasse etiam illud: *plane baluceis* quod uitiosa scriptura potest esse pro: *plane nebula eius*. Locum ergo uelim sic legas:

ἀπίθνος ἵπόθεστις uidetur mihi, *quod plane nebula eius*, (sc. ²⁾ est) *qualēm* petieram.

Nimirum discipulus, materia grandi et immensa rogata, grauiter queritur de argumento sterili misso, quod uocat imaginem sine re, umbram nebulamue *ἵποθέσεως* exoptatae.

Quamquam alia uis inest uocabulo *nebulæ*, tamen quodammodo conferri potest Gell-Noct. Att. 8:10 *quaestionum nebulas*.

83:10 *uale mi domine dulcissime*. Ita exaratum est in cod.

83:12 *Ego adeo perscripsi, tu mitte aliud quod scribam.*

Iterum restitui codicis lectionem.

83:23 *adduc* (pr. m.) *adhuc* (sec. m.)

84:1 **IPSUS** integre scriptum est a librario qui codicem Frontonianum confecit; is autem, qui codicem rescripsit, litteram *b* exarans extremum illius uocabuli tetigit ad hunc fere modum **IPSUS**

84:8 *κακετείω*. 84:16 *nisi* (pr. m.) *nisi* (sec. m.)

¹⁾ De Rossi Bullet. crist. 1888–89 pg. 15–66. Röm. Quartalschrift. 1888 S 293–297; obloquitur Friedländer S. G. III pg. 650. cf. etiam D. Junii Iunenalis Sat. 4 vs. 95. (Friedländer).

²⁾ De omissa copula est cf Klussmann Emend. Front. pg. 30 et. pg. 72.

85:18 **quaecumq; mihi PRAE
catus es om̄. Iaintuasa**

Ueram lectionem magna ex parte iam diuinauit Schoepen-nus ; nam fas non est dubitare de : *praecatus es*, quae uocabula excipere uidetur *omnia*. Respondent uestigia atque suadent loci similes hi 127:16 *omnes uniuersos quicumque*, 137:8 *quaecumque . . . omnia*. 218:19 *omnium quaecumque*.

Legendum ergo est: *quaecumque mihi praecatus es omnia in tua* etc. cf. Sallust. Bell. Jug. 44:5 *quaecumque . . . cuncta*. Cic. de imp. Cn. Pomp. § 69 et § 71 *quicquid . . . id omne*. Sidon. Apoll. Carm. II:182 *quicquid . . . totum*.

86:4 dulcissimae (pr. m.) dulcissime (sec. m.)

86:25 Asianeis (pr. m.) Asianis (sec. m.), 86:27 propria (ita est in cod.).

87:23 **uale m̄ iucundissime**

Suprascriptum illud punctum, quod innumeris locis huius codicis inuenitur, semper et ubique est signum¹⁾ delendae litterae. Confidenter igitur codicem sequens lego : *Uale iucundissime mihi magister*.

88:2 *denique conclamatus sum a nostris.*

Codex praepositionem non omisit.

88:16 rusum (pr. m.) rursum (sec. m.)

88:18 dehis (pr. m.) deis (sec. m.)

89:11 saluus (pr. m.) saluos (sec. m.)

90:17 corpusculi (pr. m.) corpusculi (sec. m.)

90:18 demintegram (pr. m.) demum integrum (sec. m.)

90:24 quom (pr. m.) cum (sec. m.)

91:19 nataleis (pr. m.) natalis (sec. m.)

91:31 **quom alii id consulto mouent**

Ex hac descriptione facile efficimus :

quom alii id consulto mouent etc.

92:7 *praecipum* exaratum est in cod.

¹⁾ Idem obseruauit 1883 Theodorus Schwierczina suorum Frontonianorum pg. 43,

92:7 Re vera librarius exarauit: *mihi at plenior nuntius.*
Hic rogauerit quispiam num Marcus, cui librarius illa uerba
obtrusit, numquam audisset decretum Frontoniauum (pg.
196:8)

pleno autem plenius nihil fieri posse.

Quodsi mecum reiciendum putas *plenior*, tamen ne cum
Schopeno *lenior* recipias moneo, sed ut etiam h.l. u resti-
tuas pro *n*, scribendo *leuior* (cf 129:10 *proeliis lenibus*
(*pro leuibus*), 45:14 *sine pro siue* in cod.)

Hanc meam lectionem praestant 80:7 *Gratia leuiora
omnia nuntiabat*; 79:22 *Mater iam leuior est*; 80:23 *ago
leuissime* 83:3 *me adleuant nuntii.*

At unde illa littera P?

Mihi persuasum est librarium non solum peccasse in
uocabulo *plenior*. Nemo, quantum scio, dixit, quid sibi
uelit illud *at*. Evidem non dubito quin codicis scriptura:

mihi at corruptum sit ex: *mihi iam.* Tum op-
time inter se respondent *brebi* *appelletur* et *iam ueniet.*
Ne nunc quidem omnia persanata uidentur, nam desidera-
tur subiectum verbi *appelletur* (scriptum pro *aspelletur* cf.
72:8 *febriculae depulsae*).

Sufficit fortasse, ut quam maxime generaliter ualetudo
minus commoda indicetur, inserere *id*.

Itaque totum locum sic refingere velim:

- *Nunc mi magister quod ad fauces adtinet, brebi (id) tem-
perantia appelleatur et mihi iam leuior nuntius ueniet.*

93:6 *exseris* (pr. m.) *exseri* (sec. m.)

93:22 *Seni huic ut tua appellas* (ita in cod. est.)

97:6 *festo odie* (pr. m.) *festo die* (sec. m.)

94:9 *optime* (pr. m.) *optine* (sec. m.)

Habemus ergo e codice recuperatum uerbum diu desi-
deratum.

R. Nouák¹⁾ inserendum censuit: *habe*. Deinceps legendum
est *bonam ualetudinem mi magister optine* etc.

Cf. *optinere* 136:7; *optuli* 137:19; *optinente* 218:1 etc.

¹⁾ Wiener Studien 1897 pg. 248.

Idem uitium alibi inveni. In libro manu scripto Neapolitano (IV B 39) continente Epistulas et Carmina Sidonii Apollinaris exstat (Epist. Lib. IX: 3:4.)

precatibus efficacissimis optime (pr. m.) *precatibus efficacissimis optine* (sec. m.).

94:16 hob (pr. m.) ob (sec. m.).

94:16 Cornificie (pr. m.) Cornificiae (sec. m.)

94:19 placidae.

94:24 petentei (pr. m.) petenti (sec. m.)

95:1 ab dis cum codice tenendum censeo ut 150:4.

cf etiam 95:7 et 95:9 ab deis.

95:12 fru (pr. m.) frui (sec. m.)

95:12 sei (pr. m.) si (sec. m.)

95:15 Ad decimam lineam prioris laterculi (fol. 97) exstat iuxta uocabulum *principum* in margine adscriptum: *panygyracus* (quod Germani uocant: Seitenüberschrift). Omiserunt Maius et Du Rieu.

95:17 tamei (pr. m.) tam mei (sec. m.)

95:24 doltu (pr. m.) uoltu (sec. m.)

95:28 uultu est in marg. (sub. b.)

96:4 adque (pr. m.) atque (sec. m.)

96:6 progredei (pr. m.) progredi (sec. m.)

96:11 adierare (pr. m.) adiurare (sec. m.)

96:25 (sub. c.) Agendumque.

91:4 scribisse.

98:5 quam figuram Graecki παράλειψη appellant.

Ita evidenter codex. Du Rieu omisit *Graecki*.

98:11 ualidae (pr. m.) ualide (sec. m.)

98:13 aut addidit m. sec.

98:30 (sub. c.) Eruere potui e codice haec saltem verba exarata in margine superiore: sed optima quaerenda

bonus orator non est contentus).

bonis verbis si sint ulla meli (ora).

99:1 cetere.

99:14 sed em (pr. m.) sed me (sec. m.)

Memorabilis correctio sic effecta est: **ΕΜ**

- 99:27 uerba: usus est non leguntur in margine.
 100:5 cribere (pro scribere).
 100:10 manibias (pr. m.) manubias (sec. m.)
 100:18 **RCP.** (pro resp.) est in cod.
 101:3 facien (pr. m.) facie (sec. m.)
 101:16 oculais (pr. m.) oculis (sec. m.)
 101:30 (sub. c) panygyracus, haec est frequens scriptura codicis.
 102:9 sed offerrebant (pr. m.) se offerebant (sec. m.)
 102:23 ingeniei (pr. m.) ingenii (sec. m.) cf. 103:11.
 103:3 uotrum (pr. m.) uotorum (sec. m.)
 103:9 ad lineam sextam prioris laterculi (fol. 95) iuxta uocabulum discipulos
 exstat in marginé „Seitenüberschrift” panygyracus.
 103:24 uateret (pr. m.) ualeret (sec. m.)

104:10 *cum interim requies una* etc.

Iam Studemund indagavit illud: *requies*, cuius tres mediae litterae paulo pallidiores factae sunt. Praeterea sententia notionem requiescendi non quiescendi efflagitat, quod declarat etiam 105:2 ἀναπάσλης χρῆστος. ἀναπάσλη autem est requies.

**105:5 ΒΕΣ ΕΥΦΩΝΑ...Α
ΕΤΣΙCUBI**

Non constat mihi de uocabulo ultimo prioris uersus, tamen de extrema littera α non dubito. Res coniectura sacerienda uidetur. An uerum est εὐφωνα στίχια?

cf. 106:4 dulces (sc. sententias) ex poematis.

106:22 meta **ΤΟΛΕΙΤΕΙΑ** Ita codex habet; meta litteris latinis exaratum est.

- 106:24 uacatio (non: uacacio).
 107:8 epistulas (pr. m.) epistulis (sec. m.)
 107:13 orum (pr. m.) eorum (sec. m.)
 107:15 omnis.

107:19 Initium epistulae sextae non recte Naberus Maium sequens constituit, nam in lacuna alterius laterculi fol. 143 cubant nouem uersus, qui sic incipiunt:

**uelā..uīsum quāntā
sollicitudinēm**

Primum uocabulum eruere non potui; *uisum* clare, ut in loco obscuratissimo, exaratum est. In sequentibus multa quidem uerba expiscatus sum (e.g. *ita deo*, *id ago*, *explora diligentius* etc.), sed nullam sententiam.

107:20 Codicis pag. 157 incipit a: facultatem historiae etc.

107:21 Exstat in margine superiore scholion ad hunc versum pertinens:
(figu)ras quas scaemata graeci uocant.

108:10 Codicis pag. 157 incipit a: **diu*m*illu*d*i*n*culpa
tum*s*it etc.**

Exaratum est, ut uides, *inculpatum*.

108:12 uolgatius et ieunius uideris. Ita euidentissime cod.

109:10 IN RE*GN*UM.....
a*n*im*u*m*int*end*it* i*p*

Facile ex Sallust. Jug. cap. 20:1 supple: *In regnum* (Adherbalis) *animum intendit* etc.

109:15 inuidias exhibet cod., quod recte Mauis uidit.

109:21 aut bonae spei accedebat.

Editiones nostrae Sallustianae agnoscant: *spei bonae*.

110:13 Primum uocabulum codicis pag 89 est: *suetum*. In margine dextro superiore eiusdem pag. leguntur: *forma satis fortunata*, et paulo infra *instrumenta luxuria*. Editores nostri tacent.

110:36 (sub 4) Sine ullo negotio legi potest in margine sinistro superiore uoluptatib. (= uoluptatibus.)

111:15 **FRATER..**
**a*m*e*eu*clate*equa*mpri
mu*m*itt*is*ed*e*coma
lom*im*ac*ister***

Apparet in cod. post: *frater* uocabulum uel detegi non posse, sed spatium sufficit. Contra euidenter exaratum est (111:6) *ego malo mi magister* etc.

111:20 De his disputaturus sum ad 138:1.

111:26 (sub 2) Dicendum erat: Incipit cod. Ambros p. 72.

112:11 *fingere* (pr. m.) *fingeret* (sec. m.)

113:11 *aut Calamis ut turena (turina pr. m.) aut ut polycletus.* Ita legitur in cod.

113:14 **MAGNIFICAAUTPRO
TOGENENNUENERAAUTNI**

Itaque totum uersum a Maio et Du Rieu omissum recuperamus *aut Protogenen tenera.*

Inter **ENEN** et **ENER** more suo lapsus esse uidetur librarius sribens *u* pro *t*.

Ut Cicero¹⁾ loquitur de oratione tenera, Horatius²⁾ de uersibus teneris, Ovidius³⁾ de carmine tenero, ita Fronto optimo iure picturam uocat teneram.

Exscribam totam glossam quae exstat in marg. superiore, ut ibi quoque Protogenis nobilissimi artificis nomen legas:

- (iu)beresne me ingenio discrepante niti
- (c)ontra naturam aduerso quod aiunt flumine
- (fict)ores nobiles phidias canachus calamis
- (po)lyclitus parrasius nealces protogenes
- (n)acias dionisius

Resecta membranae parte nonnullae litterae in principio uersuum interierunt.

Iam Otto Iahn⁴⁾ intellexerat aliquid deesse, sed ei non contigit ut recte suppleret.

113:15 **Pausiam... IIII la**

Post *Pausiam* in fissura perierunt tres quattuorue litterae quarum primam fuisse *a* etiamnunc in codice me demonstrare posse confido. Statim post fissuram *li* exaratum est, tum sequuntur 4 litterae incertiores, ultima certe est *a*. Quid plura? Fuit *amplifica*, (nisi omnia me fallunt) quod egregie ad sensum quadrat. Conferri potest 150:4

¹⁾ Cicer. Orat 16:52,

²⁾ Hor. Ep. II:3 246.

³⁾ Ovid. Am. 3:8:2.

⁴⁾ Philologus 28er Band 1868 pg. 7.

*Tibi . . . sublime et excelsum et amplificum ingenium ab
dis datum est.*

114: 7 tumultuator (pr. m.) tumultuatur (sec. m.)

114:13 pythagoramrificus (pr. m.) pythagora mirificus
(sec. m.)

114:16 deducerent (pr. m.) deducerentur (sec. m.)

114:26 dero (pr. m.) uero (sec. m.)

115: 3 postuleis (pr. m.) postules (sec. m.)

116: 9 neq. (= neque) est in cod.

117:21 Non sine multo labore detaxi in marg. superiore

quam nunc gaudeo tanto

me iurgio desideratum.

117:23 (sub 6.) quam ut uos
 merebor (non: immoreb.)

illos mihi ante

Ergo in marg. inferiore dextro repetiti sunt 2 priores uersus pg. 118 (edit. Nab.)

118:6 possem die. Ita legitur in codice, quam ob rem
sic textum constituo: *ut (eo ipso) si possem die (te) longo*
post tempore conuenirem. Post **DIE** enim facile **TE** ex
cidere potuit.

118: 7 **NAE ECOPERCER**EM Facile distinxii in cod.
(nae ego pergerem).

118: 7 salve

118:15 **ORT.NIECOIN**PALATIUM

Probabiliter scriptum fuit: forte ni ego in palatium etc.

119:16 **IN PERTITOPOS**

REMIS

Tot litterae legi possunt, re uera in omissum est.

120: 4 midigitaria (pr. m.) militaria (sec. m.)

120: 5 forsitan ut est (pr. m.) forsitan putas (sec. m.)

125: 7 optime amplissime.

120:13 opere.

120:18 bellice... adorie (pr. m.) bellicae... adoriae (sec.m.)

120:20 eloquentiall
 ...ausim

Post *eloquentia* exaratum erat uocabulum, cuius uestigia ducunt ad *tua*; porro fieri potest ut idem uocabulum scripsisset ante *ausim* librarius, qui saepius in sequenti uersu litteras extremas praecedentis repetiuit, aut uicissim; eo magis hoc loco, ubi scribendae erant *tia*, *tua*, *au*, consimiles syllabae. Velim ergo sic legas *eloquentia (tua) ausim dicere etc.*

120:22 *promte.*

121:10 *ducibus* (pr. m.) *dulcibus* (sec. m.)

121:22 *uerba modulatius collocati* (pr. m.)

uerba modulatius collocasti (sec. m.)

Nouák¹⁾ ueram lectionen coniectura assecutus est.

121:23 *q um* deleuit manus secunda, item Nouák l. l. pg. 257.

121:25 *delenifica* integre scriptum est.

122: 1 **DILIBUTAQUIB·UER..** **INTERDUOSAMBOSMEO**S

Ita mihi uideor dispexisse in libro. Nisi durior uidetur ellipsis propono: *quibus uerbis inter duos ambos meos?*

122: 3 *quom* (pr. m.) *q um* (sec. m.)

122: 5 *amabas* (pr. (m.) *ambas* (sec. m.)

122:9 *Juppiter.*

122: 9 *etetbi* (pr. m) *te Libi* (sec. m).

122:22 (in glossa *a*) *elesinae* pro *eleusinae*.

122:24 (in glossa *c*) *aut neptuno* (in textu: *neque Neptuno*)

(ibid) *contemtu* (in textu: *contemptu*)

123: 1 *cuhurtatur* (pr. m) *cohortatur* (sec. m.)

123:17 *imperatorem.*

123:17 **R E S I D I A** inueni in cod. Quamobrem Niebuhr ex parte viam praeunte locum sic refingo:

Augustum uero saeculi residua elegantia et latinae linguae etiam integro lepore potius quam dicendi ubertate praeditum puto.

Fronto adhibet 71:9 *residuus*, 33:2 *residuum*, 232:10 *residuo*.

¹⁾ Wiener Studien 1897 pg. 249.

Elegantia pro eleganter deboe Niebuhrio, denique *latinae* scripsi pro *latine*.

- 123:29 (sub b) tiberi est in marg.
 123:32 (sub c) mutui (non muti) est in marg.
 (ibid) interpraetem.
 124:7 peroram (pr. m.) peroram (sec. m.)
 124:8 deterrea (pr. m) deterreat (sec. m.)
 124:14 apparem est in cod. non ppareui.
 124:14 deus (non d solum) legi potest.
 124:24 priorem (non prior).
 124:20 Tandem exstat in cod. glossa intercolumniaris huiusmodi:
 osiris
 na
 aem (cf Naberij edit pg. 124 annot. 3.)
 taceo
 m
 pellatus

125:1—10. Facile possem noua uerba addere ad ea quae in duobus laterculis hic typis expressa sunt, sed ne illa quidem locum expedirent. Tantum dico in columna altera, ubi in ultima linea Du Rieu nihil uidit praeter **R&A** me extricasse: **ECO MIRATUS TUO**

125:14 Lege, quaeso, cum codice: *Iam M. Tullius etc.*

125:15 Incipit cod pg. 417 statim a: uellet.

125:17 Legitur praeterea in imo margine:

eloquentia.
 potest adimi nec morte.
 aut rant.

Ad ea quae Studemund in Epist. Crit pg. XXVII rettulit, addi possunt:

126:11 horsuorum (pr. m.) horum suorum (sec. m.) et

126:19 Se denique cum iam . . . uita sicut prius quam quam. (Ita codex).

Eundem fugerunt haec duae codicis lectiones:

127:4 minore a bello in etc.

127:31 Non gentium multa milia etc.

128:2 Verba in margine inferiore exarata sunt ad hunc modum:

ad summam eloquentiae

se ecuma

mam ubi post..... siue de
re summittere.

123:21 aegrae

129:14 interea (non interim)

130: 7 aduersum.

131:27 (sub c) et proprium maxime hominis ignoscere.

132:17 ita ualentudine (pr. m.) ista ualentudine (sec m.)

133: 9 et 10 mediei isti.

134:28 *deesset (ei) omni ope subneuirem.*

Manifestum est uocabulum additum potius excidere potuisse post *deesset* quam inter *omni* et *ope*, ubi Heindorfius inserendum censuit.

135:12 preimum (pr. m.) primum (sec. m.)

135:21 Legamus cum codice: *quia reapse nemo sit Romae etc.*

136:19 **hiatehabitum[?][?][?]
maxo**
ximo

Inter *habitum* et *maximo* tres quattuorue litterae exartaæ sunt; sintne *axo* an *axi* affirmare non ausim. Non solum sequens *maximo*, ut opinor, fecit ut librarius errauerit, sed ipsum uocabulum quod ei transferendum erat; nempe lego: *honorem mihi a te habitum taxo maximo etc.*

136:24 *quam hilari uoltu semper et placato etc.*
Illud et sine difficultate dispicitur.

137:14 **TRIMULUMAMISI...
---SUMEMAUSP...
ulsum**

Confitendum est in cod. aut nulla aut per pauca indicia superesse quae certam uiam emendationis monstrarent. Hic autem non frustra auxilium petiueris a proprietate structurae Frontonianaæ: noster enim multus est in anacoluthiis ¹⁾

¹⁾ cf. Quaestiones Fronton. Lud. Ehrenthal 1881 pg. 13 (sub 44).

et parenthesibus. Iterando uocabulo aut certe adhibendo uerbo, quod sua ui spectat ad priora atque aduerbio uel coniunctione (*ita* 50:12; 140:3; *igatur* 31:2; 45:16) adsciscenda post interruptionem continuatur oratio. Talibus obseruatis h. l. non temere propositurus sum: *ita fessum me malis* etc. Uestigia litterarum certe s et *u* ante *me* in codice inueni, ubi suspicor per aplographiam *fessu me malis* etc. exaratum fuisse. Apud nostrum legimus 187:17 *mihi languore fesso* et 153:18 *negotiis actis defessus*.

Restat ut agamus de *p... ulsum*.

Quod editores legere solent *perpulsum*, illud *perp* non explet spatium uacuum, neque quadrat ad sénum. Utraque uice fungitur: *permulsum*. Quod uerbum, quamquam saepius dictum est de ira sedanda (Tac. II:34, Liv. III:14 etc), tamen nonnumquam uim assumit reddendi laeta et tolerabilia ea, quae antea fuerant tristia maestaque.

cf. Lucr. V:21 *dulcia permulcent animos solacia uitae.*

Verg. Aen. V:816 *his ubi laeta deae permulsit pectora dictis.*

Cic. De Sen. § 4 *nulla consolatione permulgere .. senectutem.*

Denique aptissime coniunguntur *permulsum* et *recreatum*.

Lego igitur:

ita fessum me malis, permulsum recreatumque tamen.

137:15 quote (pr. m.) quod te (sec. m.)

138:1 = 111:20 **quid is — IERI qui.
INQUAM UPO...TAS**

Quia pro certo habeo in codice legi PO post *inquam* et litteram ualde fugacem, credo non longe me a ueritate aberrare si conicio: *Quid igitur fieri, quid, inquam, oportet? Asclepiodotum* etc.

138:3 *sumus* (pr. m.) *summus* (sec. m.).

Infeliciter editor noster tractauit pg. 139.

139:4 *castella verborum conciliabula verborum* loco neque in textu neque in marg. codicis, pg. 404, sed in marg. fol. 403 leguntur, ut infra indicabo.

Incipit cod. pg. 404 inde ab: *grādus pondēra aētates dignitātes* etc

In marg. pg. 404 exaratum est:

uerborum loca gradus pondera aetates
dignitatesque dinoscere ne in oratione
??
praepostere utut in temulento ac per
turbato conuinio conlocentur
corrector in uersu tertio bis ut scripsisse uidetur, sed incertum est.

140:9 diffluat est in cod. Naberus legit depluat.
Meminimus Bentleium pro perfluo (Terent. Eun 105) temptasse perfluo.

140 : 24 (sub b) Non est in cod. quaerere, neque itinere, neque
quaeramus. Post sed detegitur syllab: ra. Legendum erit:
sed regiones saltusque uerborum
noscere oportet ut non inuio sed ra
tione quaeratur

140: (cf annot. Nab. sub 6) Leguntur in margine cod. pag. 404 tria scholia:
primum in margine superiore: In primis oratori etc (= Naber pg 140:13),
alterum in margine sinistro ad primam lineam prioris laterculi:

castella verbo	rum	tertium, paulo infra	conciliabula uer	
			borum	

141:25 (sub b) De hac glossa iam egit Hauler¹⁾ u. c. quocum ab omnibus
partibus consentio.

141:28 (sub d) omnium esse comunia (ita scripsit corrector²⁾ in
marg.)

142:11 genera diuersa non

142:14 In margine praeter ea quae in textu suo editor posuit, legere potui post
vocabulum cum (142:14)

cum u.... appelles alexander
magnus

143:13 philosophums (pr. m.) philosophus (sec. m.)

143:16 Pro: altera proposui alterutra ad 70:6

143:24 sub a) Legi possunt quattuor exeuntes tantum nersus

ri im in dis (an: rum in dis?)
fuisse croe
polycraten
socraten

¹⁾ Verhandlungen Deutscher Philologen in Köln. Leipzig Teubner 1896 pg. 78.

²⁾ Corrector omnia scholia confecit.

144:13 *id inest scitis mentis* etc.

Aliquid turbatum esse omnes uiderunt. Equidem non facio cum Maio habente *inest* pro additamento librarii, qui in contrarium uitium semper incidit et alibi et hic. *Id inest* errore puto scriptum pro: *id est in*. Tum suadet *id est*, ut uocabulum, quod per *scita* explicatur, inseramus. Spero fore ut proprius accedamus ad ueritatem scribendo:

pleraque sapientes uiros (in dogmatis), id est in scitis mentis atque consultis habere debere quorum interdum usu abstineant.

Supra (pg. 60:26) verba: *ne te, ut uolo, amare possim* sic explicantur (vs. 27): *id est ne meus animus amore tuum usque ad summum columen eius persequi posset.*

Praepositio repetitur 7:10 *sine ratione ac sine ordine sitae*, 178:22 *cum amore et cum fide*, 10:22 etc.

144:22 (sub a) In transferendo corrector lapsus est namque si homini sapientiam colenti etc.

Illud si miserae sunt reliquiae uocabuli: nouissimum.

145:6-7 e margine petita sunt:

_____ dia uul

_____ alienu

_____ uocalem a . . carmina

quorundam

145:23 (sub a) exterminatum hoc est ultimum uocabulum in marg.

146:2 diligent (pr. m.) diligunt (sec. m.)

146:11 male (pr. m.) malle (sec. m.)

146:24 (sub b) apparet principium quoque scholū intercolumniaris multi deorum etc

146:27 (sub d) Murmurare potius et friguttire etc.

146:29 (sub e) Crysippi exarauit primo corrector, mox addidit h.

147:2 εξεργασθαι

148:4 quanto honestius sentias tanto augustius dicas.

Praestat utrumque verbum deflecti ad coniunctionum, ut factum est in margine (cf infra 148:19.)

148:7 Inter ab et discesseris spatium uacuum septem

maximum litteras capere potest, ergo *eloquentiae* locus non est. Malim *decore* siue *honore*.

148 : 19 (sub *a*) legi possunt: quanto honestius sentias tanto augus
tius dicas dabit philosophia q....
dicas dabit eloquentia qu.....

Fortasse supplendum est in secundo uersu qualia, in tertio quomodo.

149 : 12 *uox facilis, uox integra*
Ita euidenter codex. Procul dubio ex pg.
159 : 10 *perfecta* h. l. ab editoribus assump-
tum est.

149 : 13 Duo ultimi uersus alterius laterculi cod. fol. 380
sunt hi

*quibus uocabulis appellen
tur sirbeni percensio sit*

Ad eos referendum est scholium, quod Naberus memorat
149 : 25 sub *a*.

149 : 17 in loco exhibet textus, sed in loco legitur in margine.

150 : 7 *quiB · solatūmdeerant*

Vix dubito quin *solatum* exaratum sit in codice. Tamen
tum post tunc (quod occurrit in priore uersu) molestum est.
Inueterata socordia dedit, ut opinor, librarius *solatum*
pro *solatantum*

Legamus igitur: *dignitas sententiarum, quibus sola tan-
tum deerant verborum lumina.*

Cf. Sidon. Apoll. 7 : 1 : 2 *solo tantum inuectarum te auctore
rogationum palpamur auxilio.*

Sidon. Apoll. Carm. II : 97 *solum hoc tantum mutatur
in illis.*

150 : 7 ex (pr. m.) ea (sec. m.)

150 : 15 quinque illa uocabula, a Maio detecta aut non supersunt aut falso ex
glossa quae in imo margine exstat, sunt descripta. Ibi autem leguntur

p
muti..... piscere in ui
tum ex
iugare

151:6 *contaminatis* est in textu, at in margine *contaminatis*.

152:36 *mire* est glossa intercolumnniaris.

153:22 *exstat* inter duos laterculos iuxta huius uersus uocabulum obscuratum
τὰ πετερά.

154:2 *παρευβαστι*

154:14 *fructum*.

De ceteris uocabulis corrigendis iam egit Hauer¹⁾ u. c.

155:11 *Neque ignoras omnem hanc magistrorum (uim) uanam propemodum et stolidam esse.*

Inserendo *uim* post syllabam *rum* leuius corrigas, quam si, auctore Cornelissen²⁾ (cui Novák³⁾ assensus est) putas ibi *manum* esse addendum.

Cf. Cic. de harusp. resp § 22 *uis innumerabilis seruorum.*

Plaut. Epidic. 249 *hominum uis.*

Liv. 2:5. 8:28 etc.

156:1 *immo vero Plautino trato verbo.*

Viam emendationis mihi, non acquiescenti⁴⁾ Studemundi conjectura „*Plautinotato*” ostendit Jordan, qui pro *trato* substituit *utar*. Immo ut melius currat sententia scribo: *subuertendam censeo radicitus, immo uero Plautino ut utar uerbo, exradicitus.*

Profecto difficillimum erat librario recte transcribere.

NOUTUTARU

156:6 *confinge* (pr. m.) *confingere* (sec. m.)

156:18 (sub a) *primur labrum* ita uidetur *exaratum* esse.

157:17 *Nu[n]c hoc replicet quot sententiis.*

Ita sine controversia perperam a Nabero editur.

Klussmann⁵⁾ vehementius locum aggressus est, periclitans: *audi hoc replicet.* Simplicius est quod ego uerum puto: *Numera replicet quot sententiis* etc.

¹⁾ Philol. Vers. Köln 1896 pg. 79.

²⁾ Mnemos. XIII (1885) pg. 115.

³⁾ Listy filol. 1886 pg. 202 etc.

⁴⁾ Epist. crit pg. XXXII.

⁵⁾ Emend. Fronten pg. 62.

Cf. imprimis 157:22 *numerat*; praeterea 170:6 *quater numero*. 176:17 *numerandus*.

158:5 adis (pr. m.) addis (sec. m.)

158:14 **Nauicassent**
?
tàkwa|wirreinauicassent

In priore versu octo minimum litterae euanuerunt, in altero certe mihi constat de uocabulo *zōas*, tamen ex Apoll. Rhod. Argon I:4 licet suppleamus:

cuius imperio nauigassent, ζωντιον μετά ζώας cui rei navi gassent. Iam in edit. Mediol. pg. 251 Maius recte ediderat.

158:16 **litteramδεὶ**
?
h̄ineuelδεαεδονεμul

Pro certo nihil affirmare audeo de prima littera alterius versus, omnium certissimae autem sunt quae sequuntur.

Ita confido non sine iusta ratione me propositurum unam aliquam uocalem litteram de *Delphine uel de Aedone* etc. Alia omnia tentamina adhuc prolata reicienda puto, quia a certo manuscripti fundamento recedunt.

158:19 *quid verba modulata effeminate fluentia?*

et quod Naberus ante *effeminate* inseruit, non legitur in margine, in textu autem nihil uideri potest.

159:9 *inperfecta.*

160:11 In cod. legitur ... nec inquit. Ergo non legitima st Naber conjectura commode mones.

160:12 **BOENNI----MIRĀ..**

In promptu est supplere: *Ennius admiratur.*

160:16 *constitis fluuius Ita euidenter codex.*

161:5 *Sedulo aliquo libro.*

AN

162:10 **Tiquiūsesse|nδePRO.ēs**
IPSĀ

Statim ex hac imagine unusquisque hanc lectionem colliget: *Inde probes ipsa Sallustio deriuata.*

162:11 Cod. fol. 351 incipit iam a: quoniam minus etc.

Fuit, ut initio dixi cod. fol. 351 ultimum, quod per angustias temporis inspicere mihi licuit; itaque praeter pg. 252—254 quas ex. cod. Vat. descripsi, inde a pg. 163 Naberiana usque ad finem nihil cum libro manuscripto conferrē potui. Nihilominus confisus me aliquatenus saltem morbum codicis perspexisse, sustinebo de aliquot locis corruptis sententiam ferre coniectandoque conabor medelam afferre.

175:16 (Laus Eloquentiae)

Haec duo uerba e textu remouenda sunt, nam nihil est nisi „Seitenüberschrift” adscriptio marginalis cf. 122:26 (sub d), ubi inuenitur id ipsum, quod hic debemus imitari.

176:20 minorem fama

Ita codex habet. Heindorfius quod sensus efflagitat legit *maiores*. Hanc rationem emendandi, edoctus quomodo librarius textum depravare soleret, fieri non potest quin improbem. Non ex *maiores* vir stultus fecit *minorem* sed per socordiam omisit *non*. Edatur posthac: *Perspicies* (Aquilinum scil.) *non minorem fama, luculentissimum uerborum apparatus* etc.

Litote utitur Fronto etiam 191:4 *non mediocribus*.

285:20 *non pauca*.

212:12 *non inficete*.

Simili ratione mihi uideor emendare posse locum Sodianum Ep. 7:7:1 *siquidem nostri hic nunc est infelicitus anguli status cuius, ut fama confirmat, minus fuit sub bello quam sub pace condicio*.

Ita legitur in cod. C, at „*melior*” (pro „*minus*”) est in F, quae lectio ipsa ex coniectura procul dubio nata indicium praebet corrigendi. Notionem quae inest uocabulo „*melior*” nexus sententiarum postulat eamque habebis legens *minus mala*. Luetjohann uoluit *minus tristis*, et Mohrius *misera minus*, utrumque *minus aptum esse* nunc apparent.

181:5 *In figuris uerborum est tropos, metaphora. Hac figura usus sum, cum figuram dixi de corpore, in quo neque sincerus neque aqua pura neque ullus umor liquidus, sed ita ut in palude corrupta omnia.*

Ita in editione legitur.

Pro *figuram* aliud aliud legit. Omnes autem concedunt opus esse uocabulo, quod idem fere ualet atque uox *paludis*. Necesse quoque est, ut quam proxime ad codicis scripturam accedat. Haud scio an *lustrum* unica uera lectio sit, nam

***lustrum et
figuram***

in hac scriptura non magnopere inter se discrepant, sed etiam magis sensu quam ratione palaeographica commendatur. cf Varro r. r. 2:4:8. *lustra in quibus uoluntantur sues.*

Ut absoluamus emendationem, demus adiectivo *sincerus* aptum substantium simulque quam simillimum. Nonne erit: *sucus*?

Uelim ergo legere:

Hac figura usus sum cum „lustrum” dixi de corpore in quo neque (sucus) sincerus etc.

190:11 *Castricius noster libellum tuum mihi heri redidit de balneo egredienti . . . ut mane ad me ueniret ad rescriptum accipiendo.*

Legimus in annotatione sexta Naberij tres litteras excidisse uideri. Non possum excogitare uerbum aptius ad sensum quam *petii*: praeterea maxime probabile est in codice exaratum fuisse:

egredienti PETUT pro PETIUT

Uerbum *petendi* legitur e. g. 235:20 *pauca petii*,

179:9 *peto*, 198:5 *petentibus* etc.

Certe illud *petii* melius placet quam quod Novák¹⁾ censuit inserendum: *dixi ei.*

191:11 *Fecisti, frater Contucci, pro tua perpetua consuetudine et benignitate, quod Fabianum spectatum in iudiciis ciuilibus etc.*

¹⁾ Wiener Studien 19er Jahrg pg. 242–257.

Du Rieu distinxit in cod. **M. I. I. S**

Accuratius codicem consulenti fortasse apparebit exaratum esse: **O F F. I. I. S**; verum nonnumquam **M** et **O F** non multum inter se discrepant.

Utcumque res se habet, lego: *spectatum in officiis ciuilibus, permotus eis quae leguntur 201 : 17 Ego quoque in officiis ciuilibus non obscure uersatus sum.*

214 : 16, continuatur pg. 215.

Namque neglegentiae haud quisquam magnopere insidias locat, existimans etiam sine insidiis semper et ubique et ubi liceat neglegentem hominem in proclivi fore fallere: aduersus diligentis uero et circumspectos et exsultantis opibus fraudes et captiones et insidiae parantur.

Quis non haereat in: *et exsultantis opibus?* Prorsus aliena hic est commemoratio insolentium et superborum hominum, qui opibus exsultant. Quidnam ei habent commune cum uiris diligentibus circumspectisque? Immo uero potius ponendi sunt in numero neglegentium. Unusquisque cui cogitandi leges, quae dicuntur logicae, cordi sunt, damnabit lectionem traditam. Quid reponendum est?

Cuius generis bellum sit, quod contra diligentes geritur, magna cum emphasi declarant tria illa verba: *fraudes et captiones et insidiae.*

Si legeris circumspectos homines maxima uirium contentione oppugnari solere ab inuidis, tum demum ratiocinatio tibi probabitur. Confido me etiam, quoad eius fieri potest, legibus palaeographicis oboedisce, si restituo: *aduersus diligentis uero et circumspectos ex summis opibus fraudes et captiones et insidiae parantur.*

Locutio illa: *ex summis opibus imprimis Frontoniana est.* Praeter 42 : 19 *ex summis opibus aduersarium urgere et premere*, qui locus maxime hic facit, occurrit etiam 97 : 9 *uelificaris ex summis opibus.*

138 : 6 *adgrediar ex summis opibus.*

175 : 6 *tribuas ex summis opibus.*

228 : 3 *ex summis opibus conscripsissem.*

221 : 2—5 Velim mecum sic distinguas:

In ea pugna Scipio quantum hominum Poenorum Afro-rumque cepit, aut occidit, aut in deditioem accepit! Si eorum linguis resecari imperasset, nauem onustam linguis hostium Romam inegisset.

227:10. *Ne cum animo tuo reputes coditiano te mendacio adstringi etc.*

Quia pg. 196:12 eodem fere sensu eadem uocabula (*reputes cum animo tuo*) atque hic leguntur, non licebat Heindorfio locum sic immutare: *nec...reputas...futurus.*

Ego autem lego *Ne(tu) cum animo tuo reputes* etc.
quia post *ne* secundum satis constantem usum pronomen necessarium est. Probabile est per aplographiam illud

TU ante **CUM** excidisse.

Ipse Fronto dixit 105:7 *Ne ego... habear*

228:3 *Ne ego... conscripsissem.*

Ne tu legitur e.g. Apul. Apolog. cap. 35 (ed. v. d. Vliet 47:7). *Ne tu, Claudi Maxime, nimis patiens uir es* etc.

Novák¹⁾ putat etiam Marcum (cf Front. ad M. Caes I:6) pag. 13:12 deditisse: *ne ego in pudens* etc.

Res mihi incerta uidetur, in codice exaratum uidi *nego*; constat autem infelicius ibi¹⁾ eundem uirum clarissimum, Novák dico, laudare ex Apul. Apolog. cap. XXXIX (v. d. Vliet 52:3) *ne ego reprehendar*, ubi *ne*, quod ne ipse quidem Novák negare potest, ualet: *nendum*.

220:4 *Martem nocturnas eruptiones et insidias mutare iuuare.*

Insidiae apud Frontonem parantur (215:5), aut locantur (215:1); hoc legitur etiam apud Liuium II:50:6 *a Veientibus circa ipsum iter insidiae locatae sunt*. Non ultra quaerendum est. Credibile est in exemplari librarii fuisse

WCARE ex quo uocabulo facile falsa scriptura
MUTARE potest esse orta.

229:12 *Eius leti (ferunt) guttam unam aspersisse minimam* etc.

¹⁾ Wiener Stud. 19er Jahrg. pag. 242 190.

Grammatica postulat uerbum ex quo pendeat accusat. cum infinitiuo, quia oratio obliqua iam multo prius desiit (scil. 229 : 5 *Uenerem.... fauere*). Uocabulum insertum commendant 228 : 7 et 228 : 16, utrobique in principio enuntiati idem declarandi uerbum invenitur.

Eodem modo Steinius et Herwerdenus correxerunt Herod. II : 118, legentes :

τὰ περὶ Ἰλιον (λέγονται) γερέσθαι etc.

230 : 4 *Ad hoc quo iucundior hominibus Somnus esset, donat ei* (ita legitur in cod. secundum Haulerum) *multa somnia amoena, ut quo studio quisque deuinctus esset, ut histrionem in somnis fautor spectaret, ut tibicinem audiret, ut aurigae agitanti monstraret, milites somnio uincerent etc.*

Novák (Wien. Stud. 1897 pg. 242—257) duabus lacunis, quas sibi uisus est inuenire, de suo supplendis locum sanare conatus est; non uidetur rem acu tetigisse.

¹⁾ Ebert (pag. 40) proposuit: *ut aurigae agitanti monstraret palmam.*

Et mihi aliquid deesse uidetur. Aurigae uictores a fautoribus suae factionis donabantur ²⁾ palmis, ³⁾ coronis argentis, magna pecunia, uestibus sericis aliisque muneribus. Itaque fieri potest, ut Fronto h.l. spectatorem inducat secundum quietem aurigae monstrantem munus quoddam. Legamus igitur:

ut aurigae agitanti (munus) monstraret.

Vocabulum *munus* eo facilius interire potuit ante: *monstraret*, quia **O** et **U** etiam atque etiam inter se permutantur.

241 : 4 *Ti δὴ τοῦτο ἔστιν: ὅπι συγγράψων τὸ τοῦ Βασιλέως ἐγκώμιον ἐπράττο ὁ μάλιστα σοι τε καὶ τῷ σῷ παιδὶ κεχαρισμένορ ἔστιν. Ἐπειτα δὲ καὶ ἴμωτ ἐμεμημῆται.* etc.

Nonne *ἐπειτα δὲ* respicit ad *πρῶτον μὲν* quod excidisse post

¹⁾ De M. Cornelli Frontonis syntaxi 1880 Erlangae pg. 40.

²⁾ Friedländer Darst. S. G. II 6e Aufl. pag. 327, 329, 330, 332.

cf. Guhl und Koner Leben der Gr. u. R. 9e Aufl. pag. 809. ubi imago adumbrata est operis vermiculati, quod reprezentat Liberum uictorem aurigam, cui offeruntur palma et corona.

³⁾ cf. Sidon Apoll. Ep. VIII:9:6. *coronatus auriga.*

cf. Fronto ad M. Caes. II:2 pg. 26 us. 19. *capere coronam.*

εποττον ratio palaeographica docet? Equis dubitabit mecum reponere *εποττον* (*πρωτον μὲν*) ὡ_{μαλιστα} etc.

Aliquid certe subsidium meae conjecturae affert:

243:5 πρώτας μὲν τὸν γυναικῶν . . δευτέρας δὲ etc.

Recte, ut mihi quidem uidetur, Herwerdenus restituit *μήτ* apud Herodot. II cap. 111 (ed. Herward. pag. 245 vs. 15). *καὶ τὸν πρώτης* (*μὲν*) *τῆς* ἐωντοῦ γυναικός πειρασθαι μετὰ δὲ, ὡς etc.

241:18 ΚΩΝΙΟC

Non potest dubium esse, quid corrector uoluerit. Nimirum deleuit expunxitue duas priores litteras sed tertiam correxit suprascribenda littera C uel potius Y

Legamus confidentissime:

σὸς δὲ νιός ως τῆς Ἡρα; etc.

241:19 et 242 : 1. Η μὲν οὖν ἀπολογία αὐτῇ ἀν εἴη πάντα τις εἰςαστική γενομένη καὶ γραφική, εἰκόνοις ἐπικεντρωθεῖσα.

Ultima uocabula corrupta sunt: αὐτῇ sensu caret. Videatur opus esse aduerbio, ut uis, quae inest μάλα, augeatur.

Non plane reiciendum erit, ut opinor:

εἰκόνων ἐπικεντρωθεῖσα.

praesertim cum idem legas 255:19.

καὶ ἐπὶ τὸν εὖ μάλα ἐν παλαιστρᾷ γυμνασμένων etc.

Obuia est locutio apud Platonem:

Euthyphr. 4 A ὅς γε τυχάνει ὁν εὖ μάλα πρεσβύτης.

Leg. XI 922 E λόγου εὖ μάλα φοβεροῦ καὶ δυσφεροῦ. Hi loci monent ut restituamus Conv 194 A εὖ μάλα pro εὖ καὶ μάλα.

252:4 tum securim Teneidiam qua minaris.

Ita legitur in cod. Vat.

252:5 ΝΕC nec in ordine scriptum est, littera C autem paulum supra lineam exarata est, id quod saepissime factum est in fine paginae. (cod. Vat.)

252:6 demiseris (cod. Ambr.)

252:7 conpegisse ut aequa (nihil aliud extat in cod. Vat.)

252:8 tun es (cod. Vat.)

252:10 scribendum (cod. Vat.)

253:1 istic ego equidem (cod. Vat.)

253:3 nec legi (cod. Ambros).

253:12 ia (pr. m.) id (sec. m.) in Cod. Vat.

253:21 deterreor re uera in cod. exaratum est, nempe deter in fine prioris laterculi, cum a reor altera columnna incipit. Heindorflus recte codicis lectionem odoratus est.

am a.....? P...PERUS

254:1 ET PROMPTUSE COTAMEN
ui...aluosq; amabo?
CETERUM

Hodie amantib. non iam dispici potest, atqui nullus dubito quin in cod. exaratum fuerit. Spero me recte deprehendisse sequentis uocabuli reliquias, quae ducunt ad properus. Multo mihi difficilius fuit certiores litteras ex eis quae exstant in principio uersus tertii elicere. Scripti sunt, ut puto, quinque similes ductus: **uiu**, ex quibus fortasse effici licet uiuus. Hoc adiectuum excipiebat in exemplari integro (ut uidetur) saluosq., cuius uocabuli etiam nunc plurima uestigia supersunt.

Par est haec omnia repeti, ut lector facilius intellegat aestimetque:

*ac si magis eris alieis non amantibus properus et promptus,
ego tamen uiuus saluosque amabo (te).*

Sane nimis lubrica res erat, quam ut librarius illa (praesertim ultima *uiuus saluos*) recte posset transcribere.

Etiam apud Terentium coniunguntur *uiuus* et *saluos*. Hecyr III: 5:14 (464) *nam illum uiuom et saluom uellem.*

254:4 nolo quicquam dicere te multo etc.

In cod. deest te, quod Naberus lectore non admonito inseruit.

254:10 prompsi est in cod.

Errata.

Maiorem partem mendorum beneuole mihi monstrauit Vollgraff u. c.; sunt quae Herwerdenus u. c., qui non infra se putauit opusculum meum perlegere, pro sua comitate mihi indicauerit.

- pg. 9 us. 12 legendum est *Naberus*.
" 10 us. 10 " " *sententiam*.
" 14 us. 23 delendum est: *sec*.
" 22 us. 3 legendum est: *Frontonianum*.
" 23 us. 4 " " *precatibus*.
" 25 us. 16 " " *Maius*.
" 26 us. 11 " " *scribens*.
" 30 us. 9 " " *subuenirem*.
" 31 us. 3 " " *igitur*.
" 40 in annotatione legatur: *pag. 242 etc*.
" 41 us. 20 legendum est: *argenteis*.
-

FRONTONIANA
II.

ЛИАКОГИОЯ

— 1 —

PIIS MANIBUS
IOANNIS VAN DER VLIET
MAGISTRI DILECTISSIMI
SACRUM.

2014.05.20
2014.05.20
2014.05.20
2014.05.20

PRAEFATIO.

Re uera mihi contigit ut aestate huius anni (1902) Mediolanum me conferrem ad perficiendam palimpsesti Frontonem continentis collationem. Non minorem benevolentiam uel potius comitatem expertus quam anno ante, maximas gratias ago uiro reuerendissimo clarissimoque Antonio Ceriani, qui incredibili cura diligentiaque in summa senectute bibliothecam Ambrosianam regit. Neque quisquam a tanto uiro, quem haud facile superabit aliquis scientia manuscriptorum Latinorum, Graecorum Syrorumue, discedit quin multa addidicerit. Utinam di egregium uenerabilemque praefectum diu seruare uelint!

Vix per quinque dies in hospitali bibliotheca laborem instauraueram, cum unus omnium tristissimus mihi nuntius e patria allatus est: Ioannem van der Vliet professorem humamissimum eundemque singulari doctrina praeditum leto datum esse. Vehementer commotus sum, quippe qui nondum trinundino ante uisens dilectissimum illum magistrum, e gravissimo morbo conualecentem, ut credebatur, satis longum tempus cum eo, alaci et laeto, de variis rebus locutus essem. Illius horae, quoad uita suppeditat, numquam obliuiscar, praesertim cum etiam alias magister, Herwerdenus u. c., quem non minus colo quemque septuagenarium inexorabilis lex magistratu abire coegit, aliquamdiu

affuerit. Tunc quoque impetraui, ut partem Frontonianorum
meorum iam absolutam mihi liceret dedicare auctori itineris
Italici mei: si modo nihil in suam laudationem proferrem.
Acerbiora fata nondum sruerant me opusculum edere, cum
repente uenit dies ater a. d. XVI Kal. Aug. quo „Multis
ille bonis flebilis occidit.”

Reuersus in patriam decreui ea quae nuper inuenoram
una cum obseruationibus chronologicis, iam antea a me
scriptis, consecrare memoriae amatissimi magistri nimis
immatura morte erepti filiis discipulis academie.

Sint hae meae inferiae!

Haue anima candida!

Continuatur comparatio Naberii editionis cum codice.

164 : 6 ostantendum exhibet cod.

165 : 12 senatori ordinis primari legitur in cod.

166 : 7 inmoderatius exaratum est in marg.

166 : 16 Cod. pg. 345 incipit inde ab: hominem.

166 : 17 a uem (pr. m.) quem (sec. m.)

166 : 27 (sub. c) ars te sedulitas, primo scripsit corrector, mox ars et sedulitas.

???

167:29 **DIFFICILE.R.DOMIFRONTO**
KARISSIMEEUCLPRAECIPUE

Iniuria Naberus in textu constituendo Maium secutus est; nam minime *suasi* inuenitur in codice; in spatio, quod intercedit inter *difficile* et *mi* quodque quinque maximum litteras capere potest, uestigia uocabuli *credo* deprehendere mihi uisus sum, neque male conuenit in sententiam legere: *tum et ex meo animo non difficile credo* etc.

Cf. 184:20 *facilius crediderim beatum eum fore* etc.

168 : 3 celeb-rari. Ita divisim scriptum est.

168 : 4 representauui est codicis scriptura.

168:25 (sub *a*). Scholion, quod ex marg. superiore descripsi, sic se habet: *non ego nigrum propter te amaueram propter te amare desinerem*

Magis perspicuum reddemus signis distinctionis adhibitis: *Non ego Nigrum propter te amaueram: propter te amare desinerem?*

171 : 13 (sub 2). In linea sexta alterius laterculi fol. 338 ego quoque facile discernere potui uerba: *legi emendaui.*

???

172:14 **accRILOPLARIANO**

Vides de quibus litteris dubitari possit, ceterae omnes certae sunt.

174 : 4 Altaea columna pg. 325 incipit iam inde ab: *tantum*

175:10 BUTUM....TEROPOSTULA
 RES? O.....
 BONARUMARTIUM

Vix opus est dicere me suprascriptis in cod. detectis
 acquiescere non posse Naberij supplemento. Imago expressa
 potius suadet, ut temptemus: *quantum tuo hospiti contu-*
bernali consiliari tributum ab altero postulares.

In subsequenti uersiculo omni fundamento solido carens
 hariolationes proferre nolo.

175:13 quod ipse nihil . . .
 eloquentiae

Prima littera post *nihil*, dico *s*, certissima est; in fissura
 porro me dispexisse \eth puto. Sed quid moror? Nemo
 negabit legendum esse: *quod ipse nihil studium eloquentiae*
antetulerit.

Cf. 176:12 *eloquentiae studiis . . . eruditum.*

175:16 *laus eloquentiae* est glossa intercolumniaris, recte
 igitur antea statui haec uerba e textu remouere.

176:3 que (non quae) legitur in marg.

178:18 consultissime exhibit cod.

181:3 figura (pr. m.) figurarum (sec. m.)

181:9 tu multo (pr. m.) tum multo (sec. m.)

181:9 Veri simillimum est in cod. *ualidum* excipi uoca-
 bulo esse.

182:9 Luce clarius exaratum est in cod. *cupidissimus* est.

182:18 In marg. inferiore dextro legitur:

? ?
 nullus dolor atq . . .
 teris aut internati oriebantur etc.

Vestigia uocabuli post *dolor* scripti ducunt ad *atq.* (=atque)
 in fine autem eiusdem uersus erat olim syllaba *la*, ut procul
 dubio recte Naberus perhibet. Spatium uacuum, quod

intercedit inter: *atq. et la* haud facile aptius expleamus quam uocabulo: *cruciatus*. Velim igitur sic scribere: *Nullus dolor atque cruciatus lateris aut internati oriebantur.*

Cf. 184:16 *membris cruciantibus*; 232:13 . . . *ipse solus cruciabar*. *Namque meus animus meomet dolori* etc.

183:6 *Varianus* praebet cod. (non *Vanianus*).

183:19 **TAUTARBITRORE.O..NIN
ORNATELOCUS**

Facili negotio hac imagine conspecta rectius textum constituemus legendō: *multa sunt noua addita, ut arbitror ego, non inornate* etc.

184:26 Ut leui correctione edamus: *Rediit* (pro: *redit*) igitur *post repudium renuntiatum oratio domum meam*, monet sententia sequens: *et mecum denuo mansitauit*. Favet præterea meae coniecturae 189:3 *de foro rediit . . . nobilior*.

185:2 Propter Naberum dico re uera in marg. inferiore sinistro legi:

<i>ab anu</i>	<i>anu</i>
<i>cella</i>	

185:8 Praeter tres annotationes in marg. et initium prioris laterculi (*das curare* etc.) admodum pauca uerba aucupari potui e. g. *quidquid, consenuisse, sim, carissima*. Neque titulus neque initium epistulae hodie superest. Reliquum est ut pro monstris illis: *situs hunn* (185:14) restituamus ueram lectionem, quae in marg. inferiore dextro exstat: *salus lumina*.

186:18 Post uocabula *contra curam* perierunt septem uersus cum dimidio paginae 280 et tres uersus paginae 279, nam male mulcauit etc. iam exarata sunt in pag. 279 inde ab linea quarta. Naberus perperam initium pg. 279 indicat in annotatione 16.

186:21 pene (pro paene) scriptum est in marg.

N E C

186:21 quisquam est hominum
nisi me fā. loqui rarius

Iam Naberus obseruauit Maium falso *Romam* legisse inter *hominum* et *qui*. Puto omnes fere litteras, quoad eius fieri potuit, me inuestigasse, certe nemo dubitabit sic emendare: *nec quisquam est hominum nisi me fallo, qui rarius quam ego* etc.

Cf. 23:15 *nisi me opinio fallit.*

S C I S S A E

187:11 pūnumero..csa...
multis usuuenisseeō

Apparet priorem manum dedisse *saepenumero*, neque uestigia correctionis desunt; tum post illud uocabulum sequitur spatium octo fere litterarum, quas singulas detegere non potui; tamen duas illas *sa* praesto. Itaque vix dubito quin genuina scriptura fuerit: *Scis saepenumero hoc satis multis usuuenisse.*

187:(3—13) De epistula XIX et fine epist. XVIII.

In perlegenda epistula XVIII neminem fugere potest, quam parum cum cetero argumento, ubi agitur de commendatione quadam et Frontonis ualetudine, congruat sententia ultima: *Munus hoc ab ineunte aetate infrequens habui et paene neglectum: nec quisquam est hominum, nisi me fallo, qui rarius quam ego scripserit ad amicos aut rescripserit.* Quae uerba, deprecandi aut certe excusandi causa electa, prorsus non inepte, ut opinor, quispiam coniungere uelit cum Epist. XIX, imprimis cum hoc loco: *Nonne illud quoque euenire solet, ut is qui diu amauerit quempiam subita uel leuitate morum uel copia nouorum amicorum desinat amare? Scis saepenumero hoc satis multis usuuenisse, sed non nostrae mensurae hominibus. . . . Nisi omnia me fallunt, Fronto hoc dicit: Quamquam perraro ad necessarios litteras do, tamen non is sum, qui nouis semper amicitiis conciliandis ueteres familiares deseram.* Quodsi recte contendo, inscriptio *Fuluiano* atque uerba:

*Ego . . . hoc epistularum transponantur ante (186 : 20)
Munus hoc etc. necesse est.*

189 : 5 Subscriptionem: legi emendaui qui supra hodie quoque in linea octava alterius latereculi quiuis legere potest.

189 : 19 Cod. pg. 292 incipit a Cornelio Repentino, (Falso indicat Naberus.)

190 : 11 PETIUTMANE

Ita mihi uideor in cod. legisse, confirmatur ergo coniectura mea *petii ut mane* etc. quam olim proposui.

191 : 3 Ultima linea cod. pag. 340 sic se habet: TURCORRIGENDUMCOR

191 : 4 mihi manus de...lis dolorib· non me doci...rib·

Equidem nolo cum Nabero Schopenum audiente scribere: *mihi manus vexatur*, nam codici uim afferre non placet. Ante codicem inspectum fuit cum putarem legendum esse *manus deest uis*, at spatium non sufficit. Quia et initium et finis uocabuli satis certa sunt, eo confidentius propono *debilis*, quod cetera quoque nestigia mihi uidebantur respondere. De omissa copula *est* iam egi ad 82 : 25.

Cum: *manus debilis doloribus* conferri potest 143 : 17 *debilitatem Philoctetae*; debilitandi uerbum Fronto adhibet 64 : 6 *ne spem . . . debilitet.*

191 : 8 In cod. ante *composita* non exaratum est *item*, sed *eram*.

191 : 8 *rhetoricotata* (pr. m.) *rhetorico tota* (sec. m.) Haec correctio non fauet Kiesslingi¹⁾ coniecturae.

191 : 9 FRONTO plene scriptum est in cod.

191 : 11 *spectatum in officiis ciuilibus*, id quod conieceram, re uera codex exhibet.

¹⁾ cf. Studemund Epist. crit. XXXIII.

191 : 18 Hinc scholion: Fronto studio etc. frustra quaesui in marg.
cod. pg. 291.

192 : 1 eram. Demonstratus etc. leguntur in sexta demum linea pri-
oris laterculi fol. 290. Lacuna indicanda erat quinque uersuum cum dimidio.

192 : 9 eo qui est in cod.

192:16 **UERAE REDE-**
 SITAUTA DODIDIT

Librarius perperam exarauit *re pro rei*, sed lineola iuxta litteram *e* ducenda nobis ueram lectionem praebuit, quam Heindorfius diuinauit. Codice igitur iubente legimus: *si nihil in iis uerae rei demsit aut addidit.*

193 : 8 locarum Maius recte videt scriptum in cod.

193 : 20 cerefrumentarium librarius primo dedit, mox idem cerefrumentarium.

194 : 6—13 Hi octo uersus leguntur in altero laterculo cod. pag. 295. Male hic quoque rem administravit Naberus.

195 : 11 ad que est in marg.

195 : 15 quod legitur in marg.

195:17 *Verum est eum (non illum) etc.* cum cod. legendum est.

195:18 *Nec (non neque) quisquam bonas artes etc.* Haec glossa in cod. non coniuncta est cum priore: *Verum est eum etc.*

196:20 *nullus finis est ambiguitatis;* copula *est* clare exaratum est in margine, neque in textu uidetur abesse.

196 : 21 ingressis habet textus, sed margo ingressus.

196 : 27 in marg. alterius columnae inf. (non sup.) legitur: *pleno autem plenius nihil fieri potest (non posse).*

197 : 12 destillantem. Ita scriptum est in cod.

198:1 Necesse est me exscribere initium alterius columnae folii 300: **DEBET**
PROCULUS

198 : 7 poeniendum (pr. m. ut uidetur), puniendum (sec. m.)

198 : 10 obtensui re uera innenitur in cod.

198 : 20 In marg. sup. dextro scriptum est:

homini seni quidquid interim
fit iuxta interim fit.

199 : 10 Imperante codice legamus: *ita tamen.*

201 : 8 PTER.....adues
SUSREMATq·NOLINT

Haec imago aliquatenus saltem Naberii lectionem corrigit. Memorabilis est scriptura *aducessus* pro *aduersus*. In sequentibus quoque (201 : 10) etc. accuratius sic scribemus:

NECOTIANOSTRA..
quaε..εqm.....
SUNT'SUM.alijus

202 : 3 Dcsadessedjes... Ecce quae exscripsi ex primo uersu prioris laterculi cod pg. 276.

202 : 4 INCLOCISTE.C.N..NI Fortasse ergo incipiebat altera pg. 276 columna sic: *In elogi(i)s te*
Porro in cod. inueni haec (202 : 9):

ET.R....STUIMAGNISREB.
CESTISHISTORIA.ONI..
DILIGENTERSCRIBANON

Hauer¹⁾ procul dubio recte primum quidem uersum sic legit: *et fratrii tui magnis reb(us);* tum secundum hoc modo constituit: *gestis historia consilio et,* hic tamen uir clarissimus lapsus esse uidetur, nam spatium, quod superest post *historia*, decem litteras capere non potest, neque probabile est secundum uersum habuisse uiginti quattuor litteras. Veri similius duco nihil aliud in codice fuisse quam *non diligenter* (id quod Naberus uult), uestigia certe non repugnant.

202 : 12 In cod. uidetur exaratum esse: *frater suus*, priores litterae **FRATERS** certissimae sunt, reliquae fugaces.

¹⁾ Philol. Versamml. 1896 pg. 80.

202 : 16 Vehementer miror illud *laborationibus*, mihi codex obtulit *ab orationibus*.

202 : 17 *novitate et insolentia* legendum est cum codice, Hauler iam uidit *insolentia*.

Maiorem partem uitiorum, quae paginam 203 Naberis editionis deformant, correxit Hauler, sed pauca addenda sunt. Hunc enim censorem ipsum uidetur fugisse in marg. cod. pg. 269 adscriptio: *pan. traiani imp.*, id est *panegyricus Traiani imperatoris*. Eodem modo infra (205 : 22 sub a) *panegyricus* etc. abbreuiatur: *pan. uologesi*.

203 : 12 In marg. inferiore sinistro inuenitur hoc scholion: *imperium populi romani .. a flumina hostilia porrectum*

Hauler in priore uersu desiderat *a Traiano trans*, sed mihi in parua lacuna satisfacit *trans*.

203 : 22 (sub b) In marg. sinistro inferiore legi possunt haec uerba:

humani

tuti se

fida

204 : 9 Cod. pg. 261 cuius priorem columnam totam fere contuli simul cum tertia parte alterius, sic incipit: *tiones clades ediderunt*. Naberus igitur perperam *tionibus* scribit.

204 : 12 *gesserunt* legitur in textu, sed *gessaeunt* in marg.

204 : 15 *ad* in textu exstat, sed *at* in marg.

204 : 20 *fortia* inuenitur in textu, sed *fortissima* in marg.

205 : 18 Codex habet **IMP** pro *imperator*.

205 20 *uel aereo* (non: *aureo*) codex exhibet.

In subsequentibus duodecim lineis cod. pg. 252 plura uerba legi possunt quam Naberus dedit, at ego quattuor tantum ultimos uersiculos exscribo:

HERODE... MILITARI P
SIONES HOSTIUM GRATIAS
TERETE SCALUSSAL.PE:R.
TO RESTRIUM PHOSCELEBRA.

Quod Hauler¹⁾ contendit in postremo uersu exaratum esse: *emeritis* (pro *celebra* quod ego uidi) id pernego.

206 : 1–10 De his uersibus fusius egit Hauler (l. 1. 264 et 265), de permultis autem verbis, quae uir oculatissimus in cod. uidere sibi uisus est dubito: ut alia omittam, affirmare ausim inueniri in priore laterculo (us. 14 et 15) *satis in pigro* (non: *satis inimicis*), (us. 19) *nunc* (non: *nouo*), in altero laterculo (us. 17) *cem neminem umquam*, unde corrigas uerborum ordinem ab Haulero propositum, ita ut legatur: *ducem neminem umquam post eiusmodi uidit.*

206 : 15 *tum* in marg. non scriptum est.

207 : 10 *corpus* e textu remouendum est, codex enim nihil aliud exhibit nisi **BUS' NEQUAD AERSUSTE
la**

Insolenter ergo **NEQU** exaratum est pro **NEQUE**
aut **NEQ.**

207 : 15 *negocia* (pr. m.) *negotia* (sec. m.)

207 : 18 *postremam* est in cod.

208 : 2 In marg. pg. 256 uaria lectio sic indicatur: **čā** certaminis. Editor omisit in cod. pg. 246 adscriptionem de partorum belli more, quae uerba frusta quaerentur cod. pg. 236, ubi legi ea Naberus (pg. 218 sub c) ait.

209 : 24 (sub c) Ut arbores . . . uentus quatit (non quat) Ita in marg. scriptum est.

210 : 10 *series* (pr. m.) *seriis* (sec. m.)

210 : 16 *auis uocem* est in cod.

210 : 18 *elephantos uros* me in cod. uidisse puto.

¹⁾ cf. Serta Hartellana pg. 216 et 269.

211 : 11 *exstat.* Ita exaratum est in cod. cf. 220 : 13
existiterunt.

211 : 19 *Sed contra istic laborandum est ne quid etc.*
 Haec est uera codicis scriptura, ab Heindorfio desiderata.

213 : 2 *Non ac, sed et legi in marg.*

213 : 19 *abigit pro ambigit* habet cod.

215 : 17 **EXCUSATA IN E**
RATIS

In fine prioris uersus non reperitur *g* sed *e*, tum nouimus
 ibi facile litteram aut interisse aut omnino scriptam non
 esse itaque necessario legendum est: *excusata in erratis.*

215 : 18 N . . D E F A U O R I N I
 N O S T R I P I C M E N T I S F U C I
 Q U I S N A M A P P I N G E R E
 . . . L I C E T

Illud Naberij mallet . . . appingeremus parum mihi placet.
 Potius duco Frontonem dedit: *Vetat num de Fauorini
 pigmentis fuci quisnam appingere nos?* *Licet.*

Cf. 238 : 4 num quidnam super Arione Lesbio comperissent.

215 : 23 Tolle duo uitia ex annotatione (sub *a*) scribens
 cum cod. *neglegentia.*

216 : 5 Etiam in marg. legitur *addere*; specie deceptus
 editor putat secundam manum correxisse *abdere*. Item
 specie in errorem ductus Maius credebat se in extremo
 folio 253 (cf. Naberum pg. 214 annot. 4) quaternionis
 signum uidisse: interdum enim in hoc palimpsesto macu-
 larum figurae quasi libidine fortunae colorem formamque
 uerarum litterarum sibi adsumunt.

216 : 14 In prima linea alterius laterculi cod. pag. 244 legi
 *statuit quem*, tum
 us. 2 *admodum*
 us. 6 *quotas oroteportiolu*
cullanae

us. 12 **castum**

us. 13 **aesamauREO**

In sequenti lacuna cubant uersus undecim.

sam
217:11 **NITCIAPUDCAUDIUM'PU**

Apparet ex hac imagine priorem manum scripsisse *Samnitei*, correctorem autem e expunxisse et induxisse. Praeterea nunc uidemus Naberum contra codicem *bello* in textu posuisse. Posthac igitur legemus: *Samniti apud Caudium* etc.

218:6 In cod. pg. 231 est glossa intercolumniaris:

c.
l . . . t hos
tes par
thi

218:15 Cod. pg. 227 incipit iam a: *uocent paratos* etc.

219:14 Agyptius (pr. m.) *Aegyptius* (sec. m.)

219:5 Pro: *semet ipsum* codex habet *semper ipsum*; opus est locum exscribere propter alterum mendum editionis Naberianae

**SEMPERIPSUMUOLUNTA
RIOALIQUODAMNOSCENS
MULTARET**

Locus, qui legitur infra (us. 11), *Tum quod sciens sponteque* etc. satis declarat librarium pro *scens* debuisse transferre *sciens*, quod optime conuenit cum *uoluntario*. Restituamus igitur lectionem:

suasit, ut semet ipsum uoluntario aliquo damno sciens multaret.

219:8 Post *smaragdum* interierunt duo uersus cum dimidio, tum demum sequitur: *Eum Polycrates* etc.

219:9-12

abiectum denum quæ
 emergeret
 tum quod sciens spon-
 teque abiectum
 dolebat
 co
 saepe
 nactus

Vides in laterculo dextro mea supplementa, quae ut congruerent cum spatio vacuo obscuroue in codice, imprimis id egi. Ut post *numquam* insererem *praeterea*, suasit locus consimilis 237:15 *cuius uocem praeterea nemo umquam post illa aut scultaret*. Post *dolebat* sequuntur usque ad finem prioris columnæ tres uersiculi, quorum exiles reliquias ea mente expressi, ut manifeste intellegatur, quam parum apta sint Mai supplementa (cf. Naberum 219:12). Neque melius res ei successit in sequentibus. Inueni enim in codice haec:

ut rex gratum acceptu^t (obtulit. *Rex gratum ac-*
 que habuit's *ceptumque habuit statimque*
 apponi iussit qui *apponi iussit quippe*.

PISCIQ. OPERAEI... SO[?]
 CONTRACTANTES ANULU[?]
 IN ALUORE REPERTUM

*Piscique operae inciso
contractantes anulum
in aluo repertum etc.*

Miror editorem uel *in ante aluo* omisisse.

220:16 Pro: *artibus* substituendum est cum cod. *armis*.

220:17 UISIN... S... E... RUCES Supplendum censeo codice non aduersante *infesti et*, ita ut legatur: *quamuis infesti et truces tauri* etc.

220:18 SJ.. SUBIUGUM MISSI

Evidem meliorem lectionem excogitare non potui quam: *praequam nostri exercitus sane sub iugum missi sunt, sed* etc. Illud sane spatio vacuo commendatur.

222 : 25 (sub a) In marg. scriptum est: modos (pro modios), praeterea Karthaginem.

222:5 **cjārumde.....
tumq;uib.**

Lego: de ducibus exercituum diligendis, de commodis sociorum tutela prouinciarum defendendis; tum etc.

IMPERA

222:6 **TORES.el.a&t;ceter
ce**

Haec uestigia me ducunt ad: imperatoros bella et cetera gerentes.

222 : 8 Pro sim.. quid inueni in cod. uelim... quia ego.

225 : 2 nisi ei (pr. m.), nisi (sec. m.)

225:17 **atENIMRESPLANEI ..
POSTULATNUM...d..
numlaboremnum..
.....NUM.U....**

Non satis appareat quid exaratum fuerit post *plane*, puto *id*; sed de *num* quater repetito nulla dubitatio oriri potest. Locum autem sic refingo: *At enim res plane id postulat. Num studium, num laborem, num uigilias, num sudorem*.... Nempe Fronto uerbis: *res plane id postulat* Marcum inducit refellentem suam adhortationem. Quamuis lacera ad nos peruerenter ea quae subsequuntur, tamen intellegimus magistrum ibi demonstrare, quam infructuosa sit principis nimis sollicita curatio rerum gerundarum.

225:19 *oculi* in ordine scriptum est in marg.

226:6 **auomitemuestrumdoc
tum**

Rectissime Naberus eiciendum putat illud *duum*, quod Maius in textu suo posuit, in codice enim, ut uides, non legitur.

226:14 **ethamuminstruxit et theatrum
scurrasrisit**

Non solum in marg. inferiore sinistro, *theatrum pro hamum* inuenitur, sed in marg. dextro insuper idem uerbum corrector exarauit. Haud scio an olim fuerit ēā *theatrum*, id quod similes loci suadent (cf 30:15, 33:19 etc.)

? FERIATUM D
226:24 COE..MN....ESURIALIS

Minime cum uestigiis conueniunt Mai supplementa *nunquid tu*, melius certe respondent *ex omnib. tu*, quae ad sententiam quoque aptius quadrant. Itaque lego: *Ex omnibus tu esurialis ferias celebras?*

227:6 indixte i (pr. m), indixti (sec. m).

227:9 .ro... LONEMOSURRUPUSSSET

Nonne sunt duae illae litterae *ro* miserae reliquiae uocabuli *Prometheus*, glossae intercolumniaris, quae adscripta erat ad uersum decimum septimum alterius laterculi?

227:10 reputas est in textu, at reputes (ut uidetur) in marg.

227:12 Confidenter dico, quod Studemund (Epist. Crit. pg. V) dubitanter affert, in cod. extare futurisi pro futurus si.

227:14 Pro poterit exhibet cod. potere.

227:17 FINIB.....
duisclarosetnobiles

Litterarum uestigia in priore uersiculo post *finibus* detegere nequiui; tamen hic auxilium fert illud *duis* in principio alterius uersus perspicue exaratum: mihi suggerit adiectuum *diuiduus*, cuius ope haec lectio acquiritur: *Agere de finibus nondum diuiduis claros et nobiles* etc. cf. Plin. 2:99:4 *diuidua luna*, Ib. 16:53:2 *arbores diuiduae*; Ouid. Amor. 1:5:10 *coma diuidua*, Fast. I:292 *diuidua aqua* etc.

227:21 (sub a) In marg. corrector errauit scribens: chrsipp o.

227:23 Totum locum inde a: signem de caelo etc. usque ad cognoscis (227:8-12) in marg. inferiore dextro inueni.

227:24 Contra Naberum firmissime asseuero in glossa intercolumnari scriptum esse: de lucifero (non lucifere); eo facilius inter se distinguantur in margine litterae *e* et *o*, quod haec vix dimidium illius altitudine occupat.

228:8 **διοcondερεταευουμι
...ωδιυμυνοιctuper**

Nemo iam dubitabit quin cum Heindorfio legendum sit: *aevum uitae medium uno ictu percussum* etc. De spatio uacuo trium litterarum in principio alterius uersiculi nulla mentio fit in editione nostra.

228:13 **uicilantib·prosommoneile**

Ultimum uocabulum neque Maius neque Du Rieu expedituit. Primus ductus, qui uideri potest post *somno* aliquantum similis est litterae **α**, sed non minore probabilitate haberri potest pro parte litterae **R**. Hoc suadent litterae sequentes, quarum postrema **E** capite paruo facile agnoscitur. In exaranda autem paenultima librarius de more lapsus esse uidetur scribens *l* pro *t*. Corrigo igitur sic: *sed quies nocturna uigilantibus pro somno rite erat promulgata*. Cf 212:16 *argumenta ita disponere, ut sit ordo eorum rite conexus*.

228:16 *inpertibantum* (pr. m.) *inpertibant tum* (sec. m.)

228:21 In cod. non inuenitur *moti* neque magis *motus*, sed aut *motui* aut *motu*; legendum certe est: *neue motu uenti cuncta funditus percellerent*.

229:12 Librarius, exarato *spersisse* primo uocabulo uersiculi, facile ipse correctionem fecit.

229:15 **quib·INRIÇARISILICOPO
STPROCUMBENTARTU.
MORTUISIMMOBILES**

Parum diligenter hunc locum Maius et Du Rieu tractauerunt; paulum enim oculorum acie intenta deteges post *procumbent* litteras *art*, quin etiam luce fauente *artub*. E codice ergo lectionem eruimus: *ilico post procumbent, artibus mortuis immobiles iacebunt* etc. cf. 281:12 *in singulis articulorum tuorum doloribus* etc.

229 : 24 (sub c). In marg. uocabulum somno omissum est.

230:2 DINUMADUOLARENCC

Primum uersiculum cod. pg. 213 exscripsi, ut posthac cum cod. ederetur *aduolare nec ut columbae* etc.

230:4 Iam dudum Hauler, ni fallor, iussit legi *donat ei*, quod est codicis scriptura.

231 : 4 *φιλόστογχες αὐθηρωπε* in ordine scriptum est.

231 : 12 cognocasu (pr. m.) cognoui de casu (sec. m.).

231 : 18 (sub a) res orficii exstat in marg.

232:14 Ut melius lacunae cognoscantur in sequentibus, simul ut alterum uitium tollatur expressi haec:

P A R P A R I R E S I S T E B A T N U
 . . . E C O . . . u e l s o l u s
 . . d o l o r e . . . e d o l o r e
 q u e r i m u l t i p l i c a t u r
 e t c u m u l u m l u c t u u m
 m e o r u m F E R R E
 n e q u e o u i c t o r i n i m e i

Lector iam animaduerterit Naberum iniuria nullam lacunam indicare inter *meorum* et *ferre*; equidem puto initium uocabuli, quod prope euanuit, inuestigasse; fuit autem *diu...*

Itaque omnes mecum legent: *et cumulum luctuum meorum diutius ferre nequeo.*

233:1 *facingerosus*. Haec est codicis scriptura.

233:15 AUERSAMURETMORSIP..

Vestigia post *mors* relicta confirmant suspicionem Schwierczinae, Eussneri aliorumque. Omnia ergo consensu scribimus: *et mors ipsa* etc.

233:24 deis (pr. m.) dis (sec. m.)

234:8 morsive (pr. m.) mors siue (sec. m.)

235 : 17 quaestui legitur et in textu et in margine.

235 : 23 (sub a) Scholion, quod infra alteram columnam fol. 179 exstat, me transferre necesse est, quia editores prorsus corruerunt; sic enim se habet:

*uirum bonum qualem esse
oporteat qualis fuit fronto*

235 : 26 numquam (non: nunquam) scriptum est in marg.

236:3 Hodie quoque plus legitur in cod. pg. 181 quam Naberus in annotatione secunda dicit. Incipit :

Fuieasquid.....
m|h|N|E|C|O|B|A|E|R|A|T|O|S|I|N|R|E
-----OMNIB·CUM----

Alia uerba, pauca tamen, inuestigari possunt, sed una cum multis aliis hanc paginam conclamatam duco. Neque multo melior est condicio cod. pg. 196, in cuius priore laterculo inter alia legere potui uersum septimum: *non est ueritatis nostra et nonum: dis placeat filiam generum.*

236:12 multum et grauiter
male ualui in Marce

Rursus uocabulum, quod in codice sine ullo negotio distinguitur, textui reddemus legendi: *multum et grauiter male ualui in Marce carissime.*

237:5 secundum quaestum profectus. Hoc tantum loco Frontoniano secundum ualet idem quod ob. Est qui putet eandem vim praepositioni inesse apud Apuleium, Frontonis popularem (cf. Koziol Stil des Apulejus pg. 298) Semel certe haec significatio obvia est in Sidonio Apollinari, cf.

Carm. XXII § I subiit animum quospiam secundum amorem
tuum hexametros concinnare.

237 : 11 Pro unam codex habet: **UN^o**

237 : 13 Neque in possiet neque in autscultaret (237:15) uestigia
correctionis apparent.

237:13 *Id praeones in lucro duxere* (non *ducere*) in
codice legere nemo non potest.

237 : 24 periandum (pr. m.) periandrum (sec. m.)

237 : 26 marrex (pr. m) mari rex. (sec. m.)

238:6 etc. Quia mihi non contigit ut Naberij textum,
Mai supplementa continentem, cum codice conciliarem
hic describendus est:

mum mortale m secun
di...m... àū... q. ae
RERE.....ESSE.....
cāntare quo diutius.
amo....lucro et laud

Itaque contendō uerba: *secundo rumore populi florere*
pretioque contra fidem codicis esse; suspicor Maium talia
edentem memorem fuisse locutionis non dissimilis, quae
occurrit pag. 180:4 *aliquid de me secundi rumoris acceperis*.
Ego tentauī: *secundis omnib. aurum quaerere famaq. esse*,
cithara cantare. Ilico obseruo ablatiuū apud Frontonem
nonnumquām praepositionem *in* non *adscire* cf. 152:17 *nullo*
honore esse, 119:16 *postremis habeo* etc. Quare *fama esse*
nihil habet, quod offendat.

Vides praeterea editores ex optima codicis lectione *quo*
diutius effinxisse quare diutius. Denique praestat spatio
hortante pro *amore atque lucro*, scribere *amore et lucro*,
neutra coniunctio discerni potest. Ergo sic fere locum
refingendum censeo: *Illi facile respondent Tarenti uidisse*

fortunatissimum mortalem secundis omnibus, aurum querere famaque esse cithara cantare: quo diutius amore et lucro et laudibus retineri.

238:12 In lacuna duorum uersuum cum dimidio Maius suppleuit nihil aliud nisi: *ad Taenarum.*

In sequentibus Graecis potius duco praecipuas tantum uarias lectiones recensere, quas partim Studemund quoque inuenit.

239:12 cod. Ambros. habet δηπειδαρ.

240:7 τρεῖς εἰκόνας ἔμαυτον (sic!) προσείκασσα.

240:19 Quoniam Ambrosianus exhibet μετειη, a quo Vaticanus non multum recedit, longe praeferimus hanc lectionem: εἰ δὲ αὐτὸς καὶ ἔρωτος αὐτῇ μετειη etc.

240:19 οὐ η reuera inuenitur in Ambros.

241:4 συνγράφων et ἐγκώμιον ἐπομέτον μ . . .

ο μάλιστα etc.

Clara uestigia perspiciuntur uocabuli μέτρ post ἐπομέτον, quod partim certe emendationem confirmat a me alibi propositam: ἐπομέτον πρῶτον μέτρ etc.

241:15 ἀρχῶν πάσης τῆς γῆς. Codice auctore inserui τῆς.

241:17 αθαρα est in cod.

241:18 Secunda manus eam emendationem monstri CΩΝΙΟC perfecit, quam olim diuinauit. Legemus igitur posthac νιός etc.

242:5 ρυαττικόν ατον
οροματος

Perierunt in lacuna nouem decemue litteras; in codice uidere mihi uisus sum statim post αττικόν vestigia litterae μ, ultima autem fuit α. An legendum est: μή τούτη ἀλλὰ τοῦ οροματος; σ' αξιῶ τὴν διάροιαν σκοπεῖν?

242:12 codex habet λιβους pro λιβυς.

242:16 In cod. legitur ἀλλὰ εἰκόνας neque opus est ali quid mutare.

- 243 : 24 *αγροδειτης* est in cod.
- 244 : 8 *ἀναλαβεῖν* legitur probabiliter cod. 59, sed *ἀναχαστῖν* cod. 145.
- 244 : 8 *εσερησεν* cod. 59.
- 244 : 10 *σοριαν διδάξω* habet cod. 145.
- 244 : 14 *προσπειπτονσιν* habet idem.
- 244 : 17 Inde a *τιθέμενος* incipit cod. 60.
- 245 : 21 *τειμῆς* perpetua codicis scriptura est, cf 249 : 4 *προτειμῶσιν*, 249 : 7 *προτειμήσεις*, 249 : 8 *ατειμαζῶν*.
- 245 : 22 *οσγασιον* cod. exhibit.
- 246 : 1 Spatium non suppeteret ad capiendum *ονταιμην*, neque aliud quid in cod. legitur nisi *ονταιμην*.
- 246 : 2 Si codicem sequimur necesse est legere: *οση μὲν ἡδονὴ τῷ πέμφαντι ληρθέντων, οση δὲ λέπη ζτι.* Et imperat graecitas.
- 246 : 3 Cod. habet aut *ἐπιγίνεται* aut *ἐπιγίνεται*.
- 246 : 10 *οἰκις ἀπορήσει μὲν οὐδὲ*. Haec uerba carent quovis uitio.
- 247 : 23 *ο* in cod. omissum est.
- 248 : 1 *ημεῖν* legitur hic et saepius.
- 248 : 18 Non est in cod. *συροουμενον* sed uno tantum ductu addito ueram codicis scripturam habebis *ευροουμενον*, quo facile acquiesces.
- 248 : 28 **ΤΩΝΤΑΣΠΟ.ΤΑΥΤΑΟΥΠΡΟ**
- Nisi omnia me fallunt post *τοιτα* in cod. scriptae sunt litterae *σπο* unde effinxi *σπουδαια*. Nonne optimam sententiam praebent haec: *τι διποτε ἐξ διαθηκῶν καὶ τὰ μεγάλα λαμβάνοντες, παρὰ τῷρ ζώτων τὰ σπουδαια οὐ προσηγόμεθα?*
- 249 : 8 Valde miror illud *προτιμωμένου*, codex enim praebet temporis perfecti participium *προτειμημένου*.
- 249 : 12 *ρειποη* exhibit cod.
- 249 : 20 Num quis improbat haec codicis uerba: *ταῦτα μὲν πρὸς τὰ ἐπὸ σοῦ σοφῶς καὶ πιθανῶς πάνυ δημοσιῶν τε καὶ θείων καὶ*

διαθηκῶν πέδι προτεθέντα ἐνθυμήσατα. Damnanda ergo est Naberij lectio *προτεθέντων*.

- 249:26 Non inuenitur in cod. *α τοῖς* sed, *αὐτοῖς μὲν* etc.
 250:3 *νεμένο* pro *ημῖν ο* est in cod.
 250:10 *προπεινόντος* et mox *προπεινεῖν* habet cod.
 255:7 Typographic, ut puto, errore legitur in Naberij editione *νῦν* pro *τῶν πρότερον* etc. (q. *πρότερον* 11)
 255:8 *δέξεται* genuina codicis scriptura est.
 255:18 *ἀκρειβέστερον*
 255:20 *αἵτις* semel scriptum est, tum mox *ανθάίστερον*
 255:24 *όμειλίστεις* et 256:2 *ἡλίσιος* habet codex.
 256:6 *αντφεροντων*.
 257:3 *εἴη*.
 257:15 *δελφείνες*.
 257:20 *ἐρχειστεῖται*.
 258:6 *όφουμένων*.
 258:13 *χρειων* habet cod. pro *χρειαν*.
 258:10 Cod. pg. 73 incipit a *δὲ οὐρον* demum.
 259:4 *ανεστίν* exhibit cod. pro *ανθῶν ἔστιν*.
 259:11 Mihi libet tres ultimos codicis uersus, qui legi possunt, exscribere:
- γιγήσσοι επιδειξιώταζον*
προς τον ἀλισον αμα αμ
φω βαδισαμεν

In fine prioris uersiculi librarius multifarie lapsus esse uidetur. Veri simile duco eum septem illas litteras deditisse, ubi debebat exarare haec quae uncinis inclusi: *ἐπιδειξι*, *ο τι τάχος, ει πρός* etc.

Aliquot obseruationes de tempore, quo scriptae sunt
nonnullae litterae Frontonianae.

De epist. ad M. Caes. et inuicem lib. I et de Ep. II: 1–11.

Ut constare possit de tempore, quo data sit epistula, quae ipsa tale indicium prae se non fert, rationem, quae intercedat inter hanc et aliam quandam tempore nobis noto scriptam, cognoscamus necesse est: id modo fundamentum est solidum, quo nixi exstruere possumus aedificium, ut ita dicam, chronologicum.

Naberus u.c., cuius editio Frontonianā per dimidium fere saeculum omnibus uiris doctis profuit, non omnibus satis fecit, in Prolegomenis (a pg. XX usque ad pg. XXX) normam illam interdum neglexisse uidetur. Neque magis semper secutus est Mommsenus, qui in ¹⁾ Hermae Vol. VIII eandem materiam tractauit.

Quod ut lectori probem, initium faciam ab *Ep. II: 2* (pg. 26), cuius inscriptio nos dicit ad tempus bimense (a¹. 143¹), per quod Fronto consulatu functus est. Harum litterarum altera pars inde ab: (pg. 27 us. 19.) *Illa alia epistula* etc. respondet ad *Ep. II: 1* (pg. 25), in qua Fronto consul laudationem Pii confert in Id. Aug. Ergo illae litterae *II: 1* et *II: 2* scriptae sunt ante Id. Aug. a¹. 143¹. Hactenus omnes consentiunt. Qui autem in priore parte eiusdem *Ep. II: 2* legerit Frontonem ex certamine amoris discessisse superiorem, quem corona oblata praeco uictorem pronuntiare debeat, cum magister ad discipulum tales litteras affectione abundantes miserit, quales Marci mater numquam filio scripserat, is studiose quaeret, num forte mellitae illae litterae aetatem tulerint.

Non satis assequor quomodo Naberus (Prol. XXVI) cogitare possit de *Ep. I: 7* (pg. 17) aut ²⁾ Mommsenus de *Ep. I: 8* (pg. 20), nam facile occurrit *Ep. I: 3*, quae tota est

¹⁾ Hermes Achter Band 1874. Die Chronologie der Briefe Frontos pg. 198–216.

²⁾ 1.1. pg. 211: *II: 2* ist Antwort auf *I: 8* und *II: 1*.

de amore. In hac epistula (pg. 5 us. 5 etc.) Fronto, acceptis litteris, quae declarant magnum discipuli in magistrum amorem, profitetur se beatissimum mortalium esse, neque prae gaudio statim rescribere posse. Post noctem et partem diei insequentis praeteritas dicit, etsi nihil blandius aut amantius quod precetur habet, tamen se respondere. Tum sic pergit:

pg. 6:6 *atque id gaudeo quod ingratum me et referundae gratiae imparem facias, quoniam, ut res est, ita me diligis ut ego te magis amare uix possim.*

Haec uerba excipit prolixa expositio digressiove, quam is, qui marginales annotationes confecit, uocat:

(pg. 7:23) *mirum locum de amore rationabili et fortuito.*

Hanc disputationem claudit uotum:

pg. 8:22 *sine homines ambigant, disputent, coniectent, requirant, ut Nili caput, ita nostri amoris originem.*

Tandem sequuntur haec:

pg. 8:26 *Te Dominum meum, decus morum, solacium maximum multum amo. Dices: num amplius quam ego te? Non sum tam ingratus, ut hoc audiem dicere.*

Talis epistula — quae secundum Naberum et Mommse-
num responso caret — fieri non potest quin ex pectore Marci sincere et ardenter magistrum amantis eliciat et alia uerba quae laetitiam exultantem testantur, a me iam memorata, et exclamationem: „Quas tu litteras te ad me existimas scribisse (pg. 27:8).

Multus fui in his enarrandis, ut pateret nullam aliam epistulam spectari a Marco, cum scribit initium *Ep. II:2* nisi *Ep. I:3*.

Itaque nobis licet referre ad mensem fere Iunium ali. 143. *Ep. I:2* et *Ep. I:3*, nam ad illam haec respondet. Iam de tempore constat: ecquid definire possumus, ubi scripta sit? — Nouimus per posteriorem partem mensis Augusti certe Neapoli degisse et Caesaris matrem et ipsum Marcum (cf. *Ep. II:6* pg. 31:18, *Ep. II:8* pg. 33:3). Legimus autem in eadem *Ep. I:3* (pg. 7:5).:

Baiarum ego calidos specus malo quam istas fornaculae balnearum.

Non temere dicitur: *Baiarum specus.* Si leuius tibi indicium uidetur, te relegabo ad *Ep. I:4* (pg. 9:16). *Nunc quando apud Baias agimus in hoc diuturno Uixi labyrintho etc.*

At quae ratio intercedit inter *Ep. I:3* et *Ep. I:4*?

Relege, amabo te, initium *Ep. I:3* (pg. 5; 20):

sed eas quidem litteras quas ad priorem epistulam tuam iam rescripsoram, dimisi ad te.

Nimirum dicit magister se rescriptsisse aliqua (= *Ep. I:5*) ad priorem epistulam Marci (*I:4*) quae ipsa respondet, ut inter omnes constat, ad *Ep. I:1*.

Ineunte aestate aī 143¹ Marcum et matrem, ut salubri aura maris fruerentur, Roma Baias petisse unde postea Neapolim mouerent, facile credimus et suadent epistulae quarum seriem partim iam nunc constituere sic possumus *Ep. I:1, I:4, I:5, I:2, I:3*.

Quantum *Ep. I:3* animum Caesaris commoueret supra uidimus; neque amabilis adulescens obliuisci potest eiusmodi litterarum: ad eas alludit, mea quidem sententia, *Ep. III:17* (pg. 55), ubi discipulus, laudato Platonis dicto: *τυφλοῦται γάρ τὸ φίλον τὸ περὶ τὸ φιλούμενον* sic pergit (pg. 55:18):

Item tu partim meorum prope caeco amore interpraetatus es. Sed tanti est, me non recte scribere, et te nullo meo merito sed solo tuo erga me amore laudare; de quo tu plurima et elegantissima ad me scripsisti. Haec ultima manifeste pertinent ad mirum locum de amore fortuito (*Ep. I:3*).

Propter: *proxime scripsisti* (pg. 55:12) cogimur *Ep. III:17* assignare mensi Iunio anni 143¹. (ut *Ep. I:3*). Ipsa *Ep. III:17* nos docet Marcum et laudari et reprehendi a magistro: nempe id facit in *Ep. III:16* Fronto, qui tamen discipulum confirmauit exclamando pg. 55:5:

Kαὶ ἔλπιζε καὶ εἰθίπει

Huc spectat *Ep. III:17* (pg. 55:24) *quod ad αὐγούστων meam attinet* etc. Hancobrem sibi succedunt *Ep. I:3, III:16, III:17*.

Nihil noui dico, si autumo *Ep. I:6* et *I:7* quarum haec ad illam respondet, scriptas esse, cum Fronto consūl designatus esset (pg. 18:12). Sed si haec Marci uerba, quae Studemund primus in codice omnia inuenit, quaeque ipse quoque legi:

I:6 (pg. 17:12). *Herodi filius natus emortuus est.*
Id Herodes non aequo fert animo. Volo ut illi
aliquid quod ad hanc rem attineat paucorum
uerborum scribas.

comparamus cum his Graecis Frontonianis:

pg. 244:4 *αλλ' οὐδέ τὰ τῆς ἡλικίας σου παρόχησεν πρός παιδῶν*
έτερων αραιοφύήν.

primum concedendum erit huic Graecae consolationi recte inscribi *'Ηρώδην*, deinde illam epistulam, quae dicitur *Graeca tertia*, scriptam esse eo tempore, quo Fronto consulatu erat destinatus.

Repperimus ante consulatum i. e. ante Kal Jul. 143 scriptas esse has epistulas: I:1, I:4, I:5, I:2, I:3, III:16, III:17, I:6, I:7, *Epist. Graecam tertiam*. Pertinent fere ad duos menses, qui praecedunt Frontonis magistratum.

Restat ut agamus de ultima epistula primi libri I:8. Astipulor Mommseno suadenti, ut liber secundus incipiat ab illa epistula, quae nunc nobis est I:8, ne haec epistula — id quod hodie fit — ab aliis litteris in consulatu datis, disiungatur. Contra prorsus nego *Ep. I:8*, scriptam esse ante II:1 aut II:2, id quod idem uult. Omnino falsum duco Mommseni placitum: (Hermes 1874, pg. 202) Dagegen die drei Correspondenzen mit Marcus, Lucius und Pius scheinen, so weit die Folge handschriftlich beglaubigt ist, streng chronologisch geordnet zu sein.

In *Ep. I:8* legimus, (pg. 21:3) *omnibus tunc imago patriciis pingebatur insignis et (pg. 21:5) ut si quis ignem de rogo et ara accensum similem putet, quoniam aequa luceat.*

Haec sunt desumpta, ut opinor, ex ea oratione quam Id. Aug. 143 in senatu habuit Fronto recitans gratias Pio. Evidem non cogito de oratione, quam Fronto habuit consul designatus, ut Mommsenus iubet.

Ter consul illam orationem memorat (pg. 21:3, 21:5, 23:12), quod satis declarat ipsum habere eam pro opere omnibus suis numeris absoluto. Vel hinc mouemur ut potius cogitemus de oratione praecipua, quam habuit magistratu initio.

Sed plus est. Legitur pg. 24:22 *Epistulam matri tuae scripsi graece eamque epistulae ad te scribtae implicui.*

Est autem haec epistula Graeca prima. In ea legimus pg. 239:5 λόγοι γὰς συνηγάρω τινα περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως.

Ecquis de alia oratione accipiet nisi de laudatione primaria Id. Aug. 143 recitata? Ergo *Ep. I:8 quoque scripta est post Id. Aug. 143.*

Nondum omnia sunt exhausta. Adeamus iterum *Ep. I:8* (pg. 23:11) *Pro Polemone rhetore quem mihi tu in epistula tua proxime exhibuisti tullianum . . .*

Haec componimus cum: (*Ep. II:5 pg. 29:15*) „*Polemona ante hoc triduum declamantem audiuiimus. Si quaeris quid uisus sit mihi, accipe. Videtur mihi agricola strenuus summa sollertia praeditus . . . omnia ad usum magis quam ad uoluptatem quaeque magis laudare oporteat, amare non libeat.*

Relegendus est totus locus, ut intellegatur in *Ep. II:5* re uera Polemona a Marco iudicatum esse rhetora tullianum. Respicit ergo illa pars, quam dico, ultimae epistulae libri primi ad *Ep. II:5*, datam ad consulem. Itaque statuimus *Ep. II:5* scriptam esse inter Kal. Iul. et Id. Aug. sed *Ep. I:8* inter Id. Aug. et Kal. Sept. aⁱ 143ⁱ.

Non licet eidem epistulae (I:8) ualedicere, priusquam ostenderimus, quomodo conexa sit cum *Ep. II:10*. Sufficit releggere pg. 34:16 „*Polemonis tui quoniam meministi, rogo ne Horatii memineris, qui mihi cum Polione est emortuus.*

Haec Marci uerba non solum spectant ad magistri defensionem Polemonis quam supra laudaui, sed etiam ad locum qui subinde legitur (*Ep. I:8 pg. 23:14*) *An quid? tu dicas Marce, quemadmodum tibi uidetur fabula Polemonis descripta? Plane multum mihi facetiarum contulit istic Oratius Flaccus . . . Is namque Oratius sermonum libro secundo fabulam istam Polemonis inseruit, si recte memini hisce uersibus etc.*

Itaque nobis pro certo licet contendere sic inter se respondere *Ep. II:5, I:8, II:10.*

Iacet ergo Mommseni placitum et confidentissime asséuero epistulas non ex ratione chronologica ordinatas esse: id quod iam supra (pg. 28) didiceramus, nunc confirmatum est.

Proximum est, ut ipsi recenseamus litteras in Frontonis

consulatu scriptas, quoad eius fieri possit, eo quo datae sint ordine.

Ex superioribus hic repeto *Ep. II: 1, II: 2, II: 5* incidere ante Id. Aug. — Confitendum est inuictis rationibus demonstrari non posse, utra epistula *II: 2* an *II: 5* prius data sit, tamen argumentum satis declarat *Ep. II: 1* et *II: 2* scriptas esse modo a Frontone inito consulatu. At breui interuallo distare uidetur *Ep. II: 5* a laudatione recitata, cuius laudationis *Ep. I: 8* (quae ad illam respondet) ter mentionem facit. —

Laudationem Pii in senatu habitam mittit Fronto ad Pium et Marcum, qui respondent, ille in *Ep. ad Anton.* 2, hic in *Ep. ad Marc.* *II: 3*. Nunc demum consuli otium est, ut ad Caesaris matrem scribat *Epist. Graecam primam*, quae coniungitur cum *Epist. ad Marc.* *I: 8*. Hanc excipit, ut recolimus, *Ep. II: 10*, ubi Marcus profitetur se Horatii pertaesum esse.

Quo propius accedunt Kal. Sept. eo magis desiderat Marcus magistrum, quod probant *Ep. II: 6* et 7. Fronto ipse mox consulatu abiturus (*Ep. II: 8*) praemittit Gratiam uxorem Neapolim ad Marci parentem, ubi se praestoletur. Simul Gratia litteras gratulatorias Graecas (*Ep. 2* pg. 242) suscipit tradendas Lucillae, matri Caesaris, quae ualde studens linguae Graecae fuisse uidetur. Imprimis haec uerba pg. 242: 21 Ὀλίγαι γὰς ἵμέραι λοιπαὶ τῆς ἀρχῆς περιλείπονται nos ducunt ad exeuntem mensem Augustum. Magistratum Fronto iam eiurauisset necne, cum Marcus scripsit *II: 9* nemo, mutilata inscriptione, pro certo affirmare potest, sed ueri non dissimile est ad consulem eam datam esse.

Inscriptio *Epistulae II: 11* testatur has quoque litteras incidere in consulatus tempus, sed accuratius nihil definiri potest. Quamquam incertum manet, tamen licet de *Ep. II: 4* idem coniciamus legentes (pg. 29: 12) *O quam diu te non uidi.*

Post eiuratum magistratum Fronto pollicitus erat (cf. 32: 16) se Neapolim peruolaturum. Idne factum est?

Nemo quod sciam sciscitatus est, num forte in epistulis quae ad nos pervenerunt, allusum sit ad iter Neapolitanum, quod Fronto suscepisset.

Mihi uideor tale uestigium deprehendisse in Ep. V:20 (pg. 78):

. . . et quo breuius iter sit tibi, recenti (a) morbo Caietae nos opperire. Facio delicias, quod ferme euenit quibus quod cupiunt tandem in manu est. — Domina mater te salutat, quam ego hodie rogabo, ut ad me Gratiam perducat. Vel fumum, inquit, patriae Graius poeta.

Non sine specie ueritatis, ut opinor, mihi licet autumare Frontonem deposito consulatu morbo impeditum esse, quominus continuo Neapolim proficisceretur. Vixdum uires refectae sunt, cum magister contendit ire ad uisendum discipulum, qui Caietam ei obuiam ueniet. Haec Marcus scribit biduo antequam magistrum complexurus est (cf. initium huius *Ep. V:20*).

At quomodo aliter intellegere possumus Gratiam eo die inuitatum iri a Caesaris matre, nisi existimamus Gratiam, ex quo paucis diebus ante Kal. Sept. 143 Neapolim aduenit, etiam tum apud Lucillam degere. Etiam quod Marcus scribit: *Vel fumum, inquit, patriae Graius poeta,* aliquid hoc facit, quippe qui non trimestri spatio ante somnum accusans usurparet (pg. 10:18, Ep. I:4) Homerica illa *καὶ παπύρινά ποθεσκόντα τοῖσιν*
ἥς γαῖης θαρέσιν οὐσίστεο.

Itaque non uereor hanc epistulam V:20 (pg. 78) referre ad mensem Septembrem 143. Utile fortasse erit sub uno conspectu ponere eas epistulas, quas post Id. Aug. 143 scriptas esse inuenimus:

[II:4 II:11] ? *ad Anton. Pium 1 et 2; Ep. ad. Marc. Caes. II:3 I:8; epist.. Graecam primam; II:10, II:6, II:7, II:8; epist. Graecam secundam; II:9, V:20.*

De *Ep. II:16 et 17 et Ep. ad Amic. I:14.*

Hae litterae pertinent ad hereditatem Matidiaei, cuius Faustinae materterae magnae mentionem facit *Epist. ad*

Anton. Imp. II: 1 (pg. 104:11): *Nam paruolae nostrae nunc apud Matidiam in oppido hospitantur.* Naberus iuriaria dubitans de Mai lectione *Matidiam* falso hanc assignauit anno 143. Vel haec uerba desumpta ex *Epist. ad Amic. I: 14* (pg. 183:14) :

Nec sine metu sui nequid philosophia peruersi suaderet, quae Marcum depingunt maiores natu et philosophia imbutum, editorem in rectam uiam ducere poterant.

Incidunt autem *Ep. II: 16* et *17* et *ad Amic I: 14* post *Ep. ad Anton. II: 1*, quae scripta est anno 161 (cf. infra pg. 35 et 36).

De *Ep. III: 2, 3, 4, 5, 6* et *Ep. VI: 1, 2*.

Quinae litterae (III : 2—6) agunt de graui dissensione Marci praeceptorum : Frontonis et Herodis Attici.

Legantur haec : (*Ep. III: 3* pg. 42:5) *Sed illud uerius est, probum virum esse, quem tu dignum tutela tua iudicas. Quod si umquam scissem, tum me di omnes male adflifixint, si ego uerbo laedere ausus fuissem quemquam amicum tibi.* Talia nimirum Fronto scripsit ante consolationem ad Herodem (*Epist. Graec. 3*) quam, ut uidimus supra, designatus fere consul Marci rogatu misit ad Herodem, ut hic filium mortuum lamentans leniretur. Ergo errat Mommensus, qui *Epist. III: 2—6* ascribit spatio, quod intercedit inter annos 143 et 145.

Rursus non uidentur scriptae esse tot annis ante consulatum, quot putat Naberus referens eas ad annum 139. Nam prima statim sententia (*Ep. III: 2* pg. 40:12) :

Saepe te mihi dixisse scio, quaerere te quid maxime faceres gratum mihi: id tempus nunc adest; nunc amorem erga te meum augere potes, si augeri potest,
facile nos docet Marcum iam tum per aliquod tempus, biennium fere, Frontone usum esse magistro. Huc quadrare uidetur, quod ¹⁾ H. Kaemmel in *Annal. paedagog.* 1870 pg. 13 obseruat, anno 140 demum Herodem inuitatum esse,

¹⁾ *Jahrb. für Phil. und Paedag.* 1870. *Herodes Atticus* (pg. 1—24).

ut Marcum et Lucium institueret ad eloquentiam Graecam.

Quidquid hoc est Marcus amicitiam inter praeceptrores suos conciliauit cf. *ad Anton. Imp.* II:8 (pg. 111:23):

Herodes summus nunc meus.

Nascentem autem amicitiam uidemus *Ep. IV:2*, (pg. 60: 28): *De Herode quod dicis, perge, oro te, ut Quintus noster ait, peruince pertinaci peruicacia. Et Herodes te amat et ego istic hoc ago . . .*

Et haec verba necessario scripta sunt ante Graecam consolationem et epistulam *I:6*. Incidunt ergo *Ep. IV:1* et *IV:2* quarum haec illi respondet, ante mensem Iunium anni 143, fortasse in annum 142. Tum nobis licet *Epist. III: 2—6* ascribere anno fere 141.

De Epist. IV: 13 et illis epist. libri quinti, in quibus agitur de exercitationibus rhetoriciis.

Etiam in his litteris facile est demonstratu, quantopere Mommseni placitum sit falsum. Conferamus *Ep. V:42* cum *Ep. IV:13*. In illa legimus (pg. 84:2):

Divide primum causam. Εἴτα εἰς ἐπάτερα τὰ μέρη ἐπιχειρησορ καὶ κατηγορῶν καὶ ἀπολογοίμενος.

Sed in fine alterius (pg. 76:8):

*Scribam autem alterutram partem: nam eadem de re diuersa tueri numquam prorsus ita dormiet Aristo, uti permittat. Nemo iam negare potest *Ep. V:42* prius scriptam esse quam *Ep. IV:13*. Atqui in hac Marcus ipse ait se uiginti quinque annos natum esse (pg. 75:26), ergo data est *Ep. IV:13* certe ante VI. Kal. Maias 147 (quia Marcus a. d. VI Kal. Mai. 121 natus erat). Quodsi *Ep. V:42*, ut apparent, scriptum est ante VI. Kal. Mai. 147 idem affirmari potest de aliis epistulis libri quinti, in quibus sermo est de exercitationibus rhetoriciis similibus. Sunt autem hae *Ep. V:3, 4, 37, 38, 41 (42), 43, 44, 74*.*

Ex superioribus libris, quatenus earum tempus supra non accuratius definiui, hic accedunt:

*Ep. III: 1, 7, 8, 11, 12 et Ep. IV: 3, 5, 6, 7.*¹⁾

De ceteris epistulis (quarum tempus definire potest) libri quinti et de Ep. IV: 11 et 12.

Aliam seriem epistularum componere possumus concatenandis eis litteris, quae commemorant aut Marci uxorem aut liberos natos.

In *Vita M. Anton. Philos.* VI: 5 narrat Capitolinus anno 145 Antoninum Pium quarto consulatu inito Marcum secundum designasse consulem. Tum sic pergit § 6:

Post haec Faustinam duxit uxorem et suscepta filia tribunicia potestate donatus est (sc. Marcus) etc.

Tribuniciam autem potestatem enumerauit inde ab anno 147, unde efficitur, ut probabiliter Marcus iuvenis 25 annorum Faustinam duxerit a^o 146. Credibile est eo tempore quo Marcus scripsit *Ep. IV: 13* (cf. supra pg. 32) matrimonium nondum contractum fuisse; certe in eis epistulis libri quinti, quas Marcus maritus ad magistrum dedit, tacet de exercitationibus rhetoriciis, quibus interim repudium renuntiasse uidetur. Ad eas rediit demum imperator factus.

His praemissis non audacius erit ordinem sic constituere:

Anno 147. Faustina grauida aegrotat *Ep. 21, 25, 26*; uires autem reficit *V: 39, 40*. In *Ep. V: 60*, quae respondet ad *V: 59*, Marcus ipse nuntiat magistro partum Faustinae appropinquare. Mox haec filiam parit, quam uidet Fronto *Ep. V: 67, 68*.

Non ualida est Faustina, omnium Marci liberorum maxima natu, nam grauius morbo afflictatur *Ep. IV: 11 et 12*.

Anno 148. Tamen infans conualescit; itaque Kal. Ian. 148, ut puto, filiae ipsi eiusque parentibus annum nouum faustum optat in *V: 45* magister, cui Marcus gratias agit *V: 46*. Semper unica filia est Faustina, quando *V: 47*

¹⁾ Naberus recte, ut mihi quidem uidetur, iudicat de tempore, quo scriptae sunt *Ep. III: 7 et 8* atque *V: 1 et 2*.

Marcus magistro gratulatur, nam legimus in responso *V: 48* (pg. 86 : 4).

Vale et fer osculum matronae tuae.

Id enim Fronto scribit, ut par pari referat. Docet pg. 86 : 2

Filiae meae iussu tuo osculum tuli,

quomodo magister ultimam sententiam (*Ep. 5:47*) :

Gratiae salutem dic, intellexerit.

Anno 149. Iam altera filia ante aliquot menses nata est, cum Marcus in fine *Ep. V: 34* (pg. 82 : 5) sic scribit : *sed cum paruolae nostrae commode ualeant* etc.

Ducimur ergo ad annum 149.

Qui autem legerit has octo epist. *V: 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34*, is facile concedet eas esse conectendas et omnes igitur pertinere ad eundem annum 149. His adiungendae sunt *Ep. V: 49* et *50* inter se respondentes, nam monet ultima sententia :

(*Ep. V: 50*) *Faustina et paruolae nostrae te salutant.*

Tandem hic numerus augeatur *Ep. 57* et *58*; gratulatione enim peracta magister ualedicens :

(*Ep. V: 57* pg. 89 : 7) *matronas, inquit, nostras meo nomine exosculari.*

Non ita multo post scriptae uidetur *Ep. V: 51* et *ad Anton. Pium 8*, quae pertinent ad tempus, quo Fronto imperium proconsulare recepturus esset (cf. Mommsen. l.l. pg. 212.)

Fuitne a. d. V. Kal. Maias dies natalis Frontonis?

Priusquam huius libri (V) epistulis valedicam repugnare uolo, salua obseruantia, Nabero efficienti ex. *Ep. V: 70* Frontoni diem natalem fuisse statim post Caesaris diem natalem ergo a. d. V. Kal. Mai.

Quomodo res se habet? Fronto morbo impeditur, quominus coram Marco gratuletur, hanc ob rem mittit litteras gratulatorias (*V: 60*). In rescripto *V: 70* Marcus gratias agit sic (pg. 91 : 23) : *Tu quoque intellegis, mi Magister, quid ego pro me optem : sanum et ualidum te deinceps, et hunc*

diem tuum sollemnem et ceteros uel nobis utique securis pro te quam diutissime celebrare.

Verba: *hunc diem tuum sollemnem* Naberus accipit de Frontonis die natali. Haud scio an hoc uerum non sit. Nam Imperator Marcus de Frontonis die natali sic loquitur:

(pg. 94 : 7) *die mihi sollemni natali tuo,*

uel potius, ut Fronto de suo die natali in Ep. ad Imp. Ant. I : 2 his uerbis utitur (pg. 95 : 1) die tibi sollemnissimo natali meo, ita optime Caesar in Ep. V : 70 de suo natali dicere potest: et hunc diem tuum sollemnem, quod mihi ualet: meum diem natalem, tibi sollemnem.

Tum uotum illud Marci est pro gratiarum actione.

De nonnullis epistulis scriptis post obitum Antonini Pii.

Anno 161. Legimus pg. 118 : 9 (*ad Ver. I : 4*):
an ego quarto post mense lacrimas uestras spectatum meas que ostentatum uenirem?

Non facile quispiam dixerit, ad quem lacrimae et Frontonis et Veri rectius pertinent quam ad Antoninum Pium, qui obiit pridie Id. Mart. anni 161. Evidem facio cum Nabero existimante *Ep. ad. Ver. I : 3 et 4* primas esse post Pii decessum scriptas, paulo ante Marco Aurelio et Lucio Vero imperatoribus factis.

Ad studium eloquentiae, quam prae philosophia per tria lustra minus coluerat, Marcus redit. Hinc denuo frequens commercium litterarum oritur.

Marcus certior fieri uult de ualetudine Frontonis, a quo simul petit, ut Ciceronis epistulas, quas excerptas ille habet, sibi mittat, cf. *Ep. ad Anton. imp. II : 4*. Voto tam pleno amoris et prudentiae magister libenter obsequitur in *Ep. ad. Anton. imp. II : 5*.

Marco requiem desideranti cupido legendi crescit; rogat igitur Frontonem, ut sibi orationes aut Catonis aut Sallustii subministret una cum Lucretii aut Ennii dulcibus poematis in *Ep. ad Anton II : 1*.

Quamquam *epist. ad Ant imp. II : 1 et 2* ualde mutilatae ad nos peruererunt, tamen uidetur probari posse earum

reliquias inter se respondere. Nam haec uerba (*ad Ant. imp II: 2*, pg. 105:27): *Quod autem mitti a me tibi postulasti respicere uidentur ad pg. 104:16 Mitte mihi aliquid quod tibi disertissimum uideatur etc.* Tum duae illae sententiae marginales, quae exstant pg. 106 vs. 1—6 uidentur spectari ad pg. 105:3 *quae me lectio extollat et diffundat*, et ad pg. 105:5 *excerpta εἰρηνα*.

Hanc ob causam *Ep. ad Ant. imp. II: 2* reor anno 161 proxime datam esse post *ad Ant. imp. II: 1*.

Diutius Marcus oratoribus legendis tenetur, itaque magister mittit ad eum una cum tractatu: *de Bello Parthico* orationem de imperio Cn. Pompei; cf. *de Bello Parth.* (pg. 221:19):

Nunc ut orationem istam M. Tulli, quam tibi legendam misi, paucis commendem: mihi profecto ita uidetur, neminem umquam neque Romana neque Graecorum lingua facundius in concione populi laudatum, quam Cn. Pompeius in ista oratione laudatus est; et pg. 222: 3, Tum praeterea multa istic reperies praesentibus consiliis capita apte considerata.

Eiquid Fronto his ultimis verbis Marco persuadere conatur, ut Lucio Vero, tamquam alteri Pompeio, maculam nuper a Romanis in Asia acceptam mandet delendam?

Mihi uideor per breve modo responsum ad illud rhetoricum opus, quod inscribtur *De Bello Parthico*, inuenisse, nempe in: *de Feris Alsiensibus* (ep. 4). Lege *Epist. 4* (pg. 230:14): *Modo recepi epistulam tuam et pg. 231: 1, Sed ora te, illud quid est, quod in fine epistulae manum condoluisse dicis?*

Haec ultima componenda sunt cum (*De Bello Parth.* pg. 212:12): *Digitis admodum inualidis nunc utor et detrac tantibus. Tum haec epistula multum uerborum ingerebat, mea autem dextera manus hac tempestate paucarum litterarum.*

Non solum respondet *de fer. Als*: *Ep. 4* ad orationem *de Bello Parthico*, sed etiam ad paulo porrectiorem *de fer. Als. epist. 3*. Apparet ex pg. 230:18 *Dictatis his legi litteras Alsienses*. Praeterea totus hic locus pg. 230:21, *uerba tuis adquieui saepiusque legam ut saepius adquiescam*. Ceterum *uerecundia officii quam sit res imperiosa quis te magis norit?* spectat ad *de fer. Als. ep. 3*, in qua Fronto maxime nititur, ne imperator se priuet quiete necessaria.

Repetamus eam seriem quam invenimus:
*ad Verum Imp. I:3, I:4; ad Anton. Imp. II:4, II:5,
II:1, II:2; de Bello Parthico, de Feriis Alsiensibus ep. 3 et 4.*

Anno 162. In superioribus litteris nullus sermo est de fratribus geminis Antonio et Commodo, natis pridie Kal. Sept. 161. Hoc fit in *Ep. ad Ant. imp. I:1*, ubi imperator magistro, cui nunc iam nepotes (94:15) nati sunt, sic scribit (pg. 94:16): *Pullus noster Antoninus aliquo lenius tussit.*

Eo tempore tamen Verus nondum in Syriam profectus est, quod declarant praeter pg. 94:12 et 95:2, 4, 7 praesertim haec uerba (pg. 95:9):

Nec quicquam est praeterea, quod ego tantopere uel ab deis uel a forte fortuna uel a uobis ipsis impetratum cupiam, quam ut uestro conspectu et ad fatu uestrisque tam iucundis litteris frui quam mihi diutissime liceat.

Utraeque ergo litterae (*ad Anton. imp. I:1 et 2*) ascribendae sunt initio fere anni 162. Paucis mensibus post Verus Roma proficiscitur, sed:

morbo implicitus, inquit¹⁾ Capitolinus, apud Canusium aegrotauit. Cum Nabero huc referto *Ep. ad. Ver. imp. II:6*, ubi Fronto ex morbo conualescentem discipulum ad temperantiam admonet. Sanitate refecta Verus in Syriam pergit. Hinc *tantis terris disiunctus* (pg. 131:1), scribit certe non ante annum 163 *Ep. ad. Ver. imp. II:2* querens quod: [pg. 130:21] *quamquam mihi lacessitus a me saepius numquam tamen rescriptsse.*

Ut Fronto litteras det Vero, Marci quoque hortatione opus est. Hoc apparet ex *Ep. ad Ant. imp. I:4* (pg. 101:25): *Domino meo fratri peto scriptites: ualde uolt ut hoc a te impetrem: desideria autem illius intemperantem me et uiolentum faciunt.*

Etiam haec *Ep. ad. Ant. imp. I:4* ergo assignanda est anno 163; eadem opera constat de tempore *Ep. ad. Ant. imp. I:3*, ad quam illa respondet. Quia porro

¹⁾ In Vita Veri 6 § 7.

haec verba (pg. 102 : 15): *Quom accepi litteras tuas, ita rescribere coeperam: Ama me ut amas, inquis, spectant ad Marci uerba:*

(pg. 101 : 20) *Oro te, mi magister, ama me ut amas, concedendum est Ep. ad Ant. I: 5 scriptam esse anno 163.*

Anno 163 aut 164. Tandem Fronto ad Verum litteras misit, cf. *ad Ant. imp. II: 3* (pg. 106 : 15): *quamobrem nondum legere epistulam prolixioram Domino meo a te scriptam potui.*

Inter litteras nobis seruatas, quas Fronto ad Verum in Asia degentem dedit, fortasse prima numeranda est *Ep. ad Ver. Imp. II: 7*, in qua imperatori Gavium Clarum quendam commendat; cf. pg. 135 : 3,

Nostrae res, inquit Fronto, haud copiosae me compulerunt, ut eum inuitum expellerem in Suriam ad legata persequenda.

Ante bellum Parthicum profligatum Fronto scribit *Ep. ad Ver. II: 1*, quandoquidem nullam facit mentionem Ctesiphontis expugnati. Quam ob rem cum Mommseno reffero hanc epistulam ad annum 164.

Anno 165. Sed confecto bello Verus in *Ep. ad Ver. Imp. II: 3* pollicetur se omnes commentarios, picturas, alia quae usui esse possint Frontoni ad res gestas scribendas prope diem missurum. Sed interim nullo commentario opus est Frontoni, cf. (pg. 202 : 12) *Ubi primum frater tuus commentarium miserit, rem copiose scribere adgrediemur, si tamen hoc quod gustui mittimus, non displicebit.*

Rhetor enim uerborum legione conscripta nullus dubito quin in oratione, quae inscribitur *Principia historiae*, sibi videatur condere, id quod Verus tamquam *περιηγοντας* (*ad Ver. Imp. II: 3*) rogat.

Adhuc exspectat magister promissam illam materiam, cum scribit *Ep. ad Ver. imp. II: 9* (pg. 138 : 5):
ubi primum commentarium miseris, adgrediar.

Fieri potest, ut etiam Veri responsum *Ep. ad. Ver. imp. II: 10* scriptum sit ante annum 165 exeuntem.

At Mommsenus certe perperam censet *Ep. ad Ant. Imp. II: 7 et 8*, atque *Ep. ad. Ver. Imp. II: 9* scriptas esse post redditum Veri (166). Evidenter enim apparet Verum adhuc in Syria commorari ex Marci Aurelii uerbis:

(ad *Ant. imp. II:7*, pg. 111:5) *Orationes desiderat sibi Dominus meus frater vel a me vel a te quam primum mitti.*

Scilicet ut in *Ep. ad Ant. imp. II:3*, hic quoque magistrum litteras, ad Verum datas, Marcus Aurelius libenter suscipere uult in Syriam mittendas.

Alia ratiocinatione idem probabimus. Supra iam dixi *Ep. ad Ver. imp. II:9*, ubi commentarium exspectat, datam esse anno 165; atqui plane de eadem oratione (pro Demonstrato) agitur in *Ep. ad Ant. Imp. II:8* atque in *Ep. ad Ver. imp. II:9*; pertinent ergo ad idem tempus, i. e. ad annum 165. Tum referenda est ad eundem annum (165) *Ep. ad. Ant. imp. II:7*, cui respondet *Ep. ad Ant. imp. II:8*.

In eadem epistula ad *Ver. Imp. II:9* queritur Fronto de morte nepotis his uerbis (pg. 137:13):

in paucissimis mensibus et uxorem carissimam et nepotem trimulam amisi.

Quae si conferimus cum fine epistulae secundae, quae inscribitur *de Nepote Amisso II* (pg. 236:13):

uxorem amisi, nepotem in Germania amisi, tum licet nobis contendere his duobus locis de eodem nepote agi. Ergo *Epistulae 1 et 2 de nepote amisso* ad idem fere tempus pertinent atque *Ep. ad Ver. Imp. II:9*, i. e. ad annum 165.

Videmus igitur scriptas esse anno 165:

Ep. ad Ver. imp. II:3, Principia Historiae, ad Ant. imp. II:7 et 8, de nepote amisso 1 et 2, ad Ver. Imp. II:9 et 10.

anno 166. Proxime ante Veri redditum scripta est *Ep. ad. Ver. imp. II:4*, satis enim probatur his uerbis (132:18): *ubi te tanta gloria per uirtutem parta reducem uidero.* Ducunt nos ad annum 166.

Reliquiae epistulae *ad. Ver. imp. II:5*, quamuis misere habitae, non improbabiliter existimantur responsum ad praecedentes litteras.

De Epist. ad Amicos I:15 et I:18.

Supra (pg. 31) diximus *Ep. ad amicos I: 14* quae perti-

net ad Matidii hereditatem anno fere 162 scriptam esse.
In fine autem harum litterum invenitur :

(pg. 183 : 18) *In oratione Bithyna, cuius partem legisse te scribis, multa sunt noua addita, ut arbitror, non inornata.*

Manifeste hic apparet alteram editionem Bithynicae orationis absolutam esse. In proxima *Epist. ad Amic. I : 15* sic Fronto scribit : (pg. 184 : 7)

orationem istam pro Bithynis ante annum fere in manus sumpseram et corrigere institueram.

Sed morbo afflictatus „neque operam ullam” litteris scribendis impendere potest ; tum sic pergit (pg. 184 : 26) :

Rediit (ita legendum censeo) igitur post repudium renuntiatum oratio domum meam et tecum denuo mansitauit.

Quocirca pro certo affirmare possumus *Ep. ad. Amic. I : 15* prius scriptam esse quam *I : 14* (i. e. ante annum 162) neque in hoc libro ad Amicos epistulas ex ratione chronologica ordinatas esse.

Epist. ad Amic 1 : 18 statuere possumus datam esse post annum 161, quod efficitur ex his uerbis (pg. 186 : 7) :

A Dominis nostris imperatoribus non propter aliud amari me opto etc.

Id Naberus neglexit annotare.

De tempore, quo scriptae sunt *Laudes Fumi et Pulueris, Laudes neglegentiae, litterae Graecae 6, 8, 7.*

Anno 161 Fronto in *Epist. de fer. Alsiens. 3* sic scribit : (pg. 228 : 1) *vellem autem tantum mihi uigoris aut studii adesse quantum adfuit, cum illa olim nugalia conscripsi, laudem fumi et pulueris.*

Hic discimus *Laudes Fumi*, quibus meo periculo *Laudes neglegentiae* adiungas, scriptas esse eo tempore, quo maxime Fronto floruit, fortasse uno duobusue annis ante consulatum. Notatu dignum esse uidetur legi in *Laud. fumi* (pg. 212 : 16) *Quod ille Plato Lusiam culpat in Phaedro etc.* Nam eaedem personae commemorantur in *Epist. Graec. 8* siue *ἐρωτικῷ λόγῳ*, ubi praeterea materia tractatur non plane,

diuersa a Platonis Phaedro. Quae Fronto in hoc dialogo legerat, ea haerebant, ut opinor, ei etiam tum in animo, cum scripsit de amore fortuito locum memorabilem (*Ep. ad Marc. I:3*), anno 143, ante consulatum, ut supra (pg. 25) demonstrauimus.

His rationibus permotus non uereor conicere anno fere 142 scriptas esse *Laudes Fumi, Pulveris, Neglegentiae, praeterea tres litteras Graecas*, quae hoc ordine sibi succedunt: 6, 8, 7.

De tempore, quo scriptae sunt *epist. ad M. Antonium de eloquentia et epist. ad M. Antonium de orationibus*.

Iam Naberus clare demonstrauit (pg. 145 in annotatione 8) contra Maium et ¹⁾ Niebuhrum *Epistulam de eloquentia* 1 datam esse ad M. Antonium imperatorem. Aut inscriptio aut subscriptio nos idem docet de *epist. de eloquentia* 3 et 4 atque de *epist. de orationibus*. At hercle numquam astipulabor Mommseno referenti *epist. de orat.* ad annum 176.

Nempe uir clarissimus in his uerbis:

(pg. 161 et 162) *non malim mihi nummum Antonini aut Commodi aut Pii?* accipit Commodo de Marci filio, cuius nummi anno 175 demum percussi sunt, negans intellegi posse de Lucio Vero, cf. Herm. 1874 pg. 216:

Denn dass Verus nur hier und hier allein mit dem vor der Thronbesteigung geführten Namen bezeichnet sei, würde ein dem Fronto nicht zuzutrauernder Verstoss gegen die Etikette sein.

Numquam magister caerimoniarum exstiti, sed legi aliquid in eadem pagina ualde indecorum et Frontone indig-nissimum. Genus enim dicendi, quo imperator Marcus in edicto quodam usus est, examinat. Improbat paucas locutiones, tum sic pergit:

(pg. 161:14) *Scabies, porrigo ex eiusmodi libris concipitur.* Neque haec sola sententia uituperanda est, sed omnino in epistulis de eloquentia et de orationibus multa unusquis-

¹⁾ Kleine Schriften II pg. 68.

que inuenire potest quae offendant. In his est 144:5 *Places tibi cum facundus : igitur uerbera te, quid facundiam uerberas?*

Potuitne talia scribere Fronto ad Marcum iam sextum decimum annum imperantem? Potuitne anno 176 imperator legere magistri iudicium de suorum edictorum locutionibus? Credat Iudeus Apella. Multo tutius cum Nabero eas omnes epistulas anno fere 162 assignabimus, quamquam non concedimus epistulam de orationibus paulo posterius datam esse quam epistulas de eloquentia. Ipsa enim acerbitas epistulae de eloquentia primae nos docet imperatorem magis magisque studium artis oratoriae auersari.

Itaque ante hanc epistulam potius ducimus scriptos locos illos *de oculis conuenientibus, de inlibata iuuentute etc.* ex quibus epistula de orationibus constat.

De Morte Frontonis.

In Epist. de nepote amissio, scripta anno 165, Fronto se senem profitetur his uerbis (pg. 235:5):

Nihil in longo uitae meae spatio a me admissum quod dedecori aut probro aut flagitio foret.

Paulo superius uaticinatur se mox fato cessurum (pg. 235:1): *Me autem consolatur aetas mea prope iam edita et morti proxima.*

Anno post uita lassus ad Verum reducem in patriam (166) sic scribit (pg. 132:17): *Quamquam me diu cum ista ualetudine uiuere iampridem pigeat taedeatque, tamen ubi te tanta gloria per uirtutem parta reducem uidero, neque incassum uixero neque inuitus quantum uitae dabitur, uiuam.* Cum Nabero et ¹⁾ Schanzio credo paulo post, certe ante Veri obitum (169) Frontonem de uita decessisse. Cum corpore iampridem inualido, cum animo uariis frustrationibus fracto non potuit (id quod Mommsenus uult) uitam protrahere usque ad mortem Marci Aurelii (180)!

Fuit M. Cornelius Fronto singulari morum integritate, non pari integritate sermonis Latini.

¹⁾ Geschichte der Römischen Litteratur von Schanz. Dritter Teil pg. 76.

I.

Hom. Iliad. XXIV : 16.

τρὶς Φερύσας περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο θαυόντος
αὐτις ἐνὶ κλισίῃ πανέσκετο, τὸν δὲ εἴσακε
ἐν κόνι ἐκτανίσας προπορνέα.

Pro αὐτις substitue αὐτός.

II.

Hom. Iliad. XXIV : 437.

σοὶ δ' αὐτῷ πομπὸς καὶ κεκλυτὸν Ἀργος ικοίμην.
Facile traditam lectionem corrigas legendo δ' αὐ pro δ' αὐ.

III.

Hom. Odyss. XI : 134.

θάνατος δέ τοι ἐξ ἀλός αὐτῷ
ἀβληχθός μάλα τοτος ἐλείσεται, ὃς κέ σε πέφηγ
Ego propono μάλα θυίός.

IV.

Schol in Iliad. XVII : 381. ἐπιοσσομένων προορόμενοι καὶ
προσδοκῶντες μῆτε ἀποθνήσκειν τοὺς ἔταιρους μῆτε φεύγειν.

Vera lectio esse videtur: προσκοποῦντες.

V.

Herod. II : 104, s.f. ὡς δὲ ἐπιμεσγόμενοι Αἰγαῖτων ἐξέμαθον μέγα μοι καὶ τόδε τεκμηρίου γίνεται. Φοινίκων (γὰρ) ὄχόσοι τῇ Ἑλλάδι ἐπιμεσγονται etc.

Inserui γάρ.

VI.

Thucyd. VI : 88 : 10. καὶ διαρροιμένων τῶν τε ἀφόρων καὶ τῶν ἐν τέλει ὄντων πρέσβεις (μὲν) πέμπειν ἐς Συρακούσας κοιλύοντας μὴ ξυμβαίνειν Ἀθηναῖς, βοηθεῖν δὲ οὐ προθίμων ὄντων etc.

Illud μὲν necessarium esse uidetur.

VII.

Lucian. deor. dial. 8. τί τοῦτο; κύρη ἔνοπλος; μέγα, ὁ Ζεῦ, κακὸν εἶχες ἐν τῇ κεφαλῇ.

Corrigendum est: μέγ' αρ, ὁ Ζεῦ, κακὸν εἶχες etc.

VIII.

Cic. pro Archia poeta § 5. statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam excepterunt. sed etiam hoc non solum ingenii ac litterarum, uerum etiam naturae atque uirtutis, ut domus, quae huius adulescentiae prima fuit, eadem esset familiarissima senectuti.

Ex etiam praecedenti et sequenti nata est falsa lectio sed etiam. Repone: sed enim.

IX.

Cic. Epist. ad fam. IX:19:1. nescis me ab illo omnia expiscatum; recta enim a porta domum meam uenisse.

Ita exhibet cod. M; corrige: recta enim (eum) a porta etc.

X.

Verg. Aen. I:

742 hic canit errantem lunam solique labores,
744 arcturum pluuiasque hyadas geminosque triones;
743 unde hominum genus et pecudes, unde imber et ignes,
745 quid tantum Oceano properent se tinguere soles etc.

Ordine ita constituto us. 744 secludere nolim.

XI.

Lucan. Phars. I: 84.

Tu causa malorum

Facta tribus dominis commuris, Roma, nec unquam
In turbam *missi* feralia foedera regni.

Missi ortum esse puto ex *nisi missa*.

XII.

Tac. Ann. I: 69. Accendebat haec onerabatque Seius nus
peritia mōrum Tiberii odia in longum iaciens [quae recon-
deret auctaque promeret].

In fine capitinis insulsum interpretamentum deleui.

XIII.

Apul. Metam. XI: 8 (V. d. Vliet 258: 10) uidi et ursam
mansuem, (*quae*) cultu matronali sella uehebatur.

Statim post ursam mansuem excidit *quae*.

XIV.

Apul. Florid. cap. 20. (V. d. Vliet 186 : 16) ego et alias
cretarias Athenis bibi: poeticae *commentam*, geometriae
limpidam, musicae dulcem etc.

Corrigendum puto: *commenticiam*.

XV.

Sidon. Apoll. Ep. I : 5 : 5. insuper oppidum duplex pars
interluit Padi *certa*, pars alluit; qui ab alueo etc.

Ita editores; corrigamus: insuper oppidum duplex pars
interluit Padi, *discreta* pars alluit: qui ab alueo principali
molium publicarum disceptus obiectu etc.

XVI.

Sid. Apoll. Ep. IX : 13 : 3. his proferendis confabulatio
frequens, his *redicendis* sollicitus auditus inseruiat.

Ita Mohrius legit, aliud aliud. Mihi uerum uidetur:
reticendis.

XVII.

Cod. Neapol. IV B 39 continens C. Sollii Apollinaris Sidonii
epistulas et carmina fluxit e codice Marciano 554.

XVIII.

Boeth. philos. consol. I : Metr. 5 : 45.

Homines quatimur fortunae *salo*.

Metro inuito legitur in libris *salo*. Corrigo: *fortunae undis*.

XIX.

Schol. Bobiens. (ed. Orelli) 331:9. Ex tribus lacunis Stangl (Rhein. Mus. 1884 pg. 234) primam modo recte explesse uidetur; mihi placet sic legere: Hoc enim testificando se omni et humanitate et patientia *reo* P. Clodio pepercisse *atque* sine dubio *grauius* confirmat ueritatem sui testimonii.

In cod. facile leguntur uocabula: *reo* et *grauius*.

XX.

Schol. Bob. 365:1. nisi animus (*patriae deuotissimus*) nullo posset otio consenescere.

Ita haud dubie legendum est. Sine negotio in cod. inueni *iae deuotissimus*.

XXI.

Schol Bob. 366:28 (*χλευασμῷ*) ista dicit insidiosa quadam benignitate proscindens aduersarium.

In lacuna non indicato ab Orellio suppleui uocabulum graecum.

XXII.

In *λιθαγός* is waarschijnlijk 't tweede lid der samenstelling identisch met 't woord *ἄλγος*.

XXIII.

Vermoedelijk is *trames* ontstaan uit „transes.” *Semita* is wellicht een adjectief (scil. via), waarin: sem — == *ἰμι*—.

XXIV.

De topografische gegevens betreffende Ithaka bij Homerus zijn niet van toepassing op Leukas.

XXV.

Ten eenenmale onjuist is de bewering van Hoekstra [Rom. antiq. 4de druk pg. 148] „in het *atrium Vestae* bevonden zich de palladia”. Evenzeer dwaalt Hoekstra, als hij schrijft [pg. 93]: „Het s. c. ultimum werd voor het eerst genomen na den dood van Tib. Gracchus (133)“.

XXVI.

Niet is aan te nemen, dat Pisistratus den grondslag legde voor de zeemacht der Atheners, of dat Themistocles „de oude plannen van Pisistratus weer opnam.”

XXVII.

De *patrum auctoritas* mag niet met Willems beschouwd worden als een recht van den ganschen senaat; 't was eene bevoegdheid uitsluitend van de patricische leden.

XXVIII.

Het bekende altaar op den Palatinus met de inscriptie „sei deo sei deiuae sac. C. Sextius C. f. Caluinus pr. de senati sententia restituit”, was waarschijnlijk een altaar van de godheid Pales.

XXIX.

Boethius was in naam Christen, inderdaad aanhanger van de Neo-Platonici.

XXX.

Te weinig is men in ons land doordrongen van deze waarheid :

Auch das Gymnasium hat die Pflicht, seine Bildungsziele nach der Seite künstlerischen Verständnissen hin zu erweitern, und gerade die altklassische Lektüre sowie der Geschichtsunterricht bieten mannigfache Gelegenheit durch Anschauungsmaterial das Auge des Schülers an wirkliches „Sehen“ zu gewöhnen.

(L. Gurlitt, N. Jahrb, f. d. kl. Alt. etc.

V Jahrg. pg. 177).

Onlangs schreef Paul Cauer terecht dienaangaande :

Nur ein ausführlicher Unterricht in alter Geschichte kann die lateinische und griechische Lektüre mit sachlichem Verständniss beleben; er ist unentbehrlich um in den oberen klassen des Gymnasiums für wirthschaftliche und politische Verhältnisse das Interesse zu wecken, um zu empfänglicher Betrachtung antiker Kunstwerke anleiten zu können.

XXXI.

In vele gevallen kan men tot hen, die over overloading klagen, zeggen: „Das Gymnasium ist nicht die Schule der Vielen, sodern der Wenigen.“

Errata (P. II).

pg.	1	us.	16	legendum	est:	<i>humanissimum.</i>
"	3	"	28	"	"	<i>172:4.</i>
"	15	"	10	"	"	<i>imperatores.</i>
"	22	"	22	"	"	<i>qua.</i>
"	23	"	3	"	"	<i>μέρ.</i>
"	25	"	6	"	"	<i>habeat.</i>
"	25	"	24	"	"	<i>testentur.</i>
"	26	"	20	"	"	<i>φιλοίμενοι.</i>
"	26	"	24	"	"	<i>proxime</i> <i>scripsisti.</i>
"	28	"	25	"	"	<i>emortuus.</i>
"	28	"	37	"	"	<i>pg.</i> <i>27.</i>
"	30	"	30	"	"	<i>Caes.</i> <i>II:5.</i>
"	34	"	33	"	"	<i>V:69.</i>
"	36	"	5	"	"	<i>spectare.</i>
"	36	"	23	"	"	<i>inscribitur.</i>
"	36	"	24	"	"	<i>Feriis.</i>

2161811

